





*ROX.* 7  
1725.5 5  
DISPVTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
**NOMINATIONE**  
**AVTORIS IN CRI-**  
**MINALIBVS,**  
QVAM  
DIVINA ANNVENTE GRATIA (7)  
*INDVLIV MAGNIFICI JCTORVM*  
*ORDINIS*  
IN ALMA ET PERANTIQA HIERANA  
PRO  
**DIGNITATE DOCTORALI**  
RITE OBTINENDA  
DIE ANNO M DCC XXV.  
IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI HORIS  
CONSVETIS  
PVBLICE DISQVISITIONI SVBMITTIT  
AVTOR  
**GEORG ADOLPH KÜRZEL,**  
Advoc.

---

ERFORDIÆ,  
TYPIS GROSCHIANIS, ACAD. TYPOGR.

IN AUREA CROWN  
ATLANTICUS  
MUNDI  
MAGNUS  
OCEANUS  
IN AUREA CROWN  
PRO  
REGNATHE HOCHGOTT  
KIRCHE  
IN AUREA CROWN  
AUTOR  
GEORG ADOLPH KURTZE

THE GROSCHIANS ACCD. TEGEL  
EREDITAT



## CAP. I.

### DE NOMINATIONE AVTORIS IN GENERE EJVSQVE INDOLE.

#### §. I.

**P**er insitabitibus nobis, quali specimine inauguralis vice in publicum prodiremus, in mente statim venit materia, quam nonnullis abhinc annis casu aliquo in toto nobis singulari observiente, jam tum huic labori & temporis destinavimus, Nominationis autoris in Criminalibus regulariter celsantibus, nihilominus tamen aliquando etiam felici cum successu locum obtinenteris; Dum verò eam discutiendam sumimus non abs re erit, quid in genere sub voce Nominationis autoris intelligamus, brevibus præmittere.

#### §. II.

Nominatio autoris est actus judicialis, quo is, qui in judicio sive civili sive criminali convenitur, indicat alium tanquam causam obligationis in item deductæ, eo consilio & fine, ut vel omnimodo à lite dimittatur, vel ad minimum incommoda obligationis imminentur.

A 2

#### §. III.

## §. III.

Ex præmissa hac definitione abunde elucebat, nos Nominationis autoris vocabulum in sensu latiori accipere, ita ut sub ambitu suo & actiones reales & personales ad eoque & ipsa delicta complectatur. Evidem incongruum non nemini videri posset, nos hunc terminum nimis late extenderemus, cum alias nominatio autoris plerumque solummodo ad actiones reales applicari soleat; sed quicquid hujus rei sit, nos in ea subsistimus sententia tam modum loquendi sibi & in actionibus realibus & personalibus & hinc etiam in delictis locum vindicare possemus. Quod in actionibus realibus locum tueatur, non operæ pretium foret, prolixi inculcare, quin hoc labore fatis superque defunctus sit Dn. Lauterbachius in pecul. Disputatione ad L. 2. C. ubi in rem actio exerceri debeat. Actionibus tamen personalibus, immo & delictis hunc terminum convenire, suadet ipse conceptus Nominationis & Autoris, e quibus duobus constat idea Nominationis autoris. Nominari enim in jure dicitur omnis, ad quem quacunque etiam ex causa provocatur, vel qui sub certa qualitate designatur. Sic nominari dicuntur ii, qui praesentes sistuntur, & juris Pontificii scriptores tradunt, jus patronatus habere, illudque exercere idem esse ac nominare designandum. Sic nominari & illi dicuntur, qui ut consci & participes facinoris à reis apprehensis indicantur. L. 2. ff. de bon cor. Sic is, qui expressè exhaeredatus est, scilicet, nomine vel prænomine vel cognomine simul adscripto, nominatum exhaeredatus, sive nominatus dicitur in L. 1. ff. de lib. & post. Porro nominati vocantur magistratus, Professores, tutores, aut alii, qui ad munera publica aliquo suggerente vocantur. L. 11. & 13. ff. ad municip. L. 14. C. de ex. sp. Tut. L. 2. ff. de Fidej. & nominatoribus & her. L. an. C. de potioribus ad munera nominandi, L. 2. C. de per. nominatorum, Carpz. in Juri pr. Cons. L. 2. tit. 25. d. 399. seqq. Autor vero is nuncupatur, a quo tanquam à fonte quodam totum negotium proficiuntur, quod evenire cernimus, vel dum ali-

aliquis negotio obligatorio perficiendo causam dat, vel dum istud ipsum interventu suo atque approbatione corroborat unde in L. 3. ff. ad L. Corn. de Sic. autor seditionis dicitur, qui seditionem primus inducit persuadetque. Sic autor fieri dicitur tutor, cum probat, quod actum est. L. 3. ff. de aut. tur. Sic autor rixa is audit, qui iniquo suo conatu alterius animum iratum reddidit. Ex quibus consequitur, non tam angustis limitibus circumscribendum esse Nominationis auctoris terminum, ut ei tantum in actionibus realibus locum tribui posse existimandum sit.

## §. IV.

Temporis & instituti si permitteret ratio, variis exemplis commonistrari posset nominationem auctoris felici successu usurpari posse in actionibus personalibus: Sic enim minorenus, quando autore tute contractum aliquem in pupillari aitate celebravit sibi præjudicio cedentem, potest contractum, ope restitutionis in integrum, rescindere, tertiumque, qui ab eodem ex contractu tali aliquid consecutus est, eo adigere, ut accepta restituat, nec impedimento est minorenus, si vel maxime tertius iste contractum valide interveniente autoritate tutoris esse celebratum, afferat, potius minorenus provocans ad tutorem tanguam autorem laisionis remedii restitutionis felicem sentit eventum. a. L. 3. C. si tut. vel cur. interv. Idem Judicium ferendum est de civitate conventa a Creditoribus, a quibus administratores civitatis nomine ejusdem pecuniam acceperunt, eadem pecunia non versa in utilitatem civitatis. Hac optimo jure se tuetur Nominatione auctorum obligationis sc. administratorum, in eosque omne onus solutionis debiti contracti redundat. L. 27. ff. de Reb. Cr. conf. Lauterbach. in dissert. ad d. L. Idem beneficium tribuitur Magistro navis secundum præpositionis legem contrahenti, ac Institori ex mandato præponentis se institorio obliganti nomine, uterque enim horum se liberat à necessitate satisfaciendi ex propriis facultatibus creditori suo, nominando feliciter autorem obligationis,

A 3

mimi-

nimirum exercitorem vel præponentem. Idem commodum sentit ex Nominatine auctoris foemina, quæ alienam obligationem in se transfert, etiam si creditori non sit perspectum, hanc translationem in alterius fieri gratiam, cum creditoris fuisse, curatus investigare, an foemina illi, cuius obligationem suscipit, fuerit principaliter obligata. Wessenbec. ad ff. ad SCt. Vellej. Tb. II. & foemina, quando eo nomine in jus vocatur, provocat ad auctorem obligationis, scilicet prium debitorem, tuereturque se exceptione SCt. Vellejani, quod indistincte procedit, si foemina in alterius emolumentum vinculo quodam obligatorio se constringit, quum regulariter omnis foeminarum obligatio una cum tertio, vel in tertii utilitatem suscepit pro specie fidei-jussionis reputetur, cuius effectum exceptio SCt. Vellej. opposita destruit. Eadem est ratio mandatarii limites mandati non excedentis, ac nomine mandantis se obstringentis, quod factum eidem nulli præjudicio cedere potest, dum enim forsitan convenitur a tertio, cum quo hoc modo contraxit, tuto provocat ad mandantem tanquam auctorem obligationis, ac ab omni nexu immunis pronunciandus. Cumque ex Nov. 4. c. i. appareat, beneficii ex fissionis fructum ad omnes pertinere, qui minus principaliter obligati sunt, haud difficulti exinde negotio colligi potest, ad nominationem auctoris obligationis seu debitoris principalis configurare posse fidei-jussorem, cui a Creditore molestia litis creantur, hocque beneficio id efficere, ut tamdiu harum molestiarum expers evadat, donec debitoris principalis facultates fuerint excusse, cuius beneficiorum fructum consequitur, licet se ut principalem debitorem obligaverit, quippe hac verba non inimunt naturam obligationis, sed tantum enxiorem animum se devincendi ostendunt. Quam sententiam disertis verbis approbat jus Saxonum El. P. 2. C. 28. Cuius beneficiorum emolumento pariter fruitur correus, si alter correus pecuniam solum accepit, quippe sic is, qui nihil commodi ex pecunia credita sensit, fidei-jussoris induit indolem. Carpz. P. 2. c. 18. Def.

110.

110. n. 4. Et tertius rei cuiusdam hypotheca generalis nexus obstrictæ possessor intercedente codem beneficio ad autorem obligationis sicut debitorem primum recte provocat. Nov. 4. c. 2. quod tamen in possesso hypothecæ specialis non procedere largimur, quum hypotheca specialis magis afficiat rem, & suffragetur nobis Nov. 122. c. 1. Carpz. Dec. 12. n. 13.

## §. V.

Plurima equidem exempla afferendi largissima nobis suppeditaret copia, sed ea missa faciamus ad scopum nobis propositum deproperaturi. Nimirum quatenus usus Nominationis auctoris in Criminalibus causis locum suum tueatur excutere constitutum est, ubi, ut ea, qua pars est, incidamus via, rem omnem ita confidere allaborabimus, ut primo in Capite IIto causas criminales regulariter usum Nominationis auctoris respuere evincamus, deinceps in Cap. IIIto exceptiones quasdam hujus regulæ subjungamus.

## CAP. II.

QVATENVS ET IN QVIBVS CAVSIS NOMINATIO AVTORIS PLANE CESSAT.

## §. I.

**P**lurimis in causis, quæ occurunt in Jure & Proces-  
su Criminali, delinquentibus parum in modo nihil solati-  
i ex Nominatione auctoris expectandum, quod va-  
riis commonstrare exemplis è re esse ducimus.

## §. II.

Sic enim nihil juvat, quod aliquis provocet ad Mandantem, vel Mandans ad Mandatarium, nam si quis deli-  
ctum, quod vult admisum, per alium exequitur, Mandans  
& Mandatarius in pari reatu verfantur. L. s. C. de accus. &  
pari afficiendi poenâ. L. si quis alium ff. Ne quis cum, qui in  
jus voc. L. sed si unius ff. de injur. Siquidem ambo produnt  
animum ac voluntatem delinquendi, atque alteri nocen-  
di.

di. Quamvis enim Mandans immediate delictum non committat & Mandatarius proximior effectui sit, aliudque dicatur mandare homicidium fieri, & aliud facere *L. non ideo minus C. d. accus.* ex interpretatione tamen juris & quoad effectum ipsum pro paribus habentur, ita, ut Mandans sit causa delicti prima, causa vero secunda sit Mandatarius; Et delictum Mandantis & Mandatarii unum idemque censetur effectu nimirum secuto. *L. 4. § 15. ff. ad L. Corn. d. Sicar.* & in genere Mandantis & Mandatarii factum regulariter unum idemque est. *Carpz. P. 4. C. 14. Dif. 6. § in Pr. Crim. P. I. qu. 41. n. 5.* Hinc ipsius Dei Judicio Absolon interfecisse dicitur fratrem Ammonem, quem famulis trucidandum dederat *z. Sam. 8. v. 28. § 30.* & cades Uriæ Davidi imputatur, cum tamen David ipse non necasset *z. Sam. 12. v. 9.* Quapropter de jure Civili etiam Mandatarius, licet extraneus sit, poena parricidii ordinaria tenetur, *§. 6. J. de Publ. Jud. L. 2. § 7. ff. ad L. Pompej. de Parric.* Et licet Aug. Barbos. ad *L. ro. de R. I. in b. n. 14.* in mandato adulterio aliquis criminibus, quæ propriam Mandatarii libidinem explent, mandantem cum Mandatario partate supplicii puniri neget; contrarium tamen satis evincit, *L. 12. ff. ad L. Jul. d. Adulst. & L. 1. §. 2. ff. ad Extraord. Crim.* Aliud in furto obtinet, si Mandans non participaverit de rebus furto ablatis. Quippe nemo neque Jure Imperii ex Const. Crim. Carolina, neque Jure Sax. Comm. & Elect. suspendi poena afficiendus, qui nou determinatas ibidem summas de furto vel directe, vel per indirectum participando, divendendo, in solutum accipiendo & alio modo lucratus fuerit. *Ord. Crim. art. 160. 177. Carpz. P. 3. Qu. 134. n. 40. seqq. Dn. de Berger. Econ. Jur. p. 810. Finckelth. Obs. 112. vid. Aribertianam Interpretationem Mandati Elecl. Sax. wegen geschwinder Exequirung derer Räuber und Diebe / sub d. d. 17. Sept. 1720. it. sub d. Dresden am 17. Febr. Anno 1721.*

## §. III.

Neque etiam quicquam Consulenti proficiet, qui autorem denuncebat, quippe ad delictum æque concurrit iste

ac

ac Mandans, & hinc ad homicidium consilium dans homicida dicitur. C. 23. de Pœnit. dist. 1. Hocce tamen ita accipiendam, ut consilium ad delictum seſe habere debeat causaliter, & delinquens delictum alias non fuſſet commissurus, quo casu consilium instar erit mandati §. 6. Inst. Mand. & consultori pessimum, vel etiam consilium contetur persuasio, instructio atque indicium ſeu demonstratio loci, ita, ut quis alterum honoris, commodi, vindictæ prætextu alliciat, vel accusando ignaviam, aut timidiſtati tribuendo, quod tam opportunam occaſionem ē manibus elabi patiatur, magis magisque infiſget L. 1. §. 1. ff. de eo per quem faſt. L. 3. §. 4. ff. ad L. Corn. de Sic. C. 6. §. 4. qui vero X. de Homicid. ſeſl. Consilium hic ſubintelligendum non vagum & incertum, ſed tale, quod ſimul ad futurum ſcelus viam & media ostendit. Quorūm & illa species referenda, ſi quis ſcelerato circa facinus adhuc hæſitant aut ſcrupulos libi moventi dubia aut ſcrupulos maligno conſilio exiueret, ordinariæ poenæ hic mierito locus relinquendus. Sic Strykius in Disput. de imput. faſt. alien. c. 5. n. 53. refert, JCTos Francofurentes capitalem judicasse conſilii formulam: Si tuo loco eſſem, Domini horreum incendrem: Unde, cum caupo quidam ancillam ab hero ſuo aliapis exceptam hacce formula allocutus eſſet, & dein incendium horrei herilis ſequeretur, capite amputato, comburi juſſerunt cauponem; Pracipue ideo, quod ancilla fanēte confeſta fuerit, ſe his foliis verbiſ commotam, alias nunquam ſubiecturam, ignem heri ſui horreo ſubjeſſe. Sic quoque, ſi imprægnator uauerit imprægnatae occiſionem aut expoſitionem infantis, aut etiam priuſ abortum promovendum, & ad id media & viam ſuppediaverit, neuter alterius factō, nominandoque alterum au-torem ſe à poena delictis iſiſ ordinariā liberare potest. Item ſi pater & mater ſimul in parricidium communī vo-to conſpiraverint, uno ex illiſ hoc conſummatante, uterque poena parricidii tenetur. Carp. Pr. Cr. p. 1. qu. 9. n. 32. 33.

§ 34.

## B

## §. IV

De mandante furtum jamjam brevibus sumus locuti, nunc quatenus Receptatores & Occultatores furis & rerum furtivarum Nominatione auctoris gaudere possint, inquirendi occasio datur. Sicut autem pessimum genus Receptatorum est, & malo Reip. ortum, sine quo nullus facinorosus dia latere possit L. 1. ff. de Recept. Imò talis nunquam existeret, nisi Receptatorem nosset, ubi se reciperet, & res furto subtrahas transportaret. Quorsum vulgare istud Germanorum: Wäre kein Heeler, so mär auch kein Stebler. add. L. fin. ff. de Abig. II. Feud. 27. §. 1. §. 2. Ita tantum abest, ut provocando ad Autores excipiente, quod ipsi furtum non commiserint, se defendere queant, ut potius perinde ut fures puniri jubeantur. L. 48. §. 1. ff. d. Furt. L. 1. ff. d. Recept. Et in L. 1. C. de his qui latroci, vel al. Crim. reos occult. expressis verbis disponitur: Quod eos, qui secum alieni criminis reos occultando eam eamve sociarunt, par ipsos & reos pena expectent & latrones quicquis sciens suscepit & eos, offerre Judicibus supersederit, supplicio corporali aut dispensio facultatum plegetur. j. L. 3. §. 3. ff. de Incend. Ruin. Naufrag. Quo & tendit Jus Saxonicum commune L. 2. Art. 13. 2. ibi: Wer einen Dieb haußet, oder Raub hecket, oder einen mit Hülfe darzu stärket, wird er des überwunden, man soll über ihn richten, als über jenen, der es selbst gehan hat, &c. & Art. 25. d. L. 2. 2. junct. Gloss. Germ. Hodie tamen haecenus dicta cum moderamine, ut, quod ante dictum & allegatis legibus probatum, nisi Receptatori, Occultatori & Auxiliatori furti de re furtiva participaverit, non candem cum fure pœnam ordinariam, sed aliquam temperationem subeat. Sic enim verba dictæ Avhenticæ Potentissimi Regis & Electoris Sax. de Ao. 1720. Solchem noch allerdings nicht unbillig ist, daß, weil es Menschen-Blut betrifft, auch die Diebe selbst nicht höher / unsern wegen geschwindere Exequirung derer Räuber und Diebe unterm 27. Julii Anno 1719 ergangenen Mandate gemäß, als wenn der Diebstahl 12. Rthlr. 12. gl. beträgt, mit dem Strange bestraffet werden, das Quan-

Quantum auf so hoch gesegnet und gesprochen werde. Et ulte-  
rius sub d. d. 17. Febr. 1721. hingegen wollen wir, daß denen  
Hefern, wenn sie von den Gestohlnen selbst 12. Rthl. 12. gl. di-  
recte oder indirecte participiret, weder die nahe Verwandtsch  
mit dem Diebe / noch die von dem Diebe erfolgte Restitution,  
oder von dem Bestohlnen befcheinete Remission zu statten kom-  
me. Inde vides, quod Receptatoribus & Occultatoribus  
surum nihil reliquii in Nominatione & provocatione ad  
autorem sit concessum.

## §. V.

Nec aliud obtinet in eis, qui sua voluntate delictum,  
ministerium atque auxilium suppeditando ad furtum vel  
sacrilegium commodius consumendum, comitantur arg.  
L. 50. §. 3. ff. d. Furt. L. 53. infine ff. d. V. S. L. 7. ff. d. Cond. Furt.  
Qui enim furi opem fert in ipso actu, ordinaria furti poe-  
na teneatur L. 36. §. 1. & L. 52. pr. d. Furt. Carpz. qu. 87. n. 29.  
veluti ipsi maleficio assistendo armata manu cum in suum,  
ut habilius & facilius perpetretur, etiam si arma non mo-  
veat vel extrahat L. un. C. de Rapt. Virg. L. 14. ff. ad L. Jul. de  
Adult. Ita enim Jure Sax. furantibus excubias agentem su-  
spendii poena manet. vid. Conf. Elect. 39. P. 4. ibi ungeachtet,  
daß er nicht an Diebstahl mit angegriffen, und die gestohlene  
Stücke selbst entwenden helfen. Ex paritate delicti etiam  
illi dijudicantur, & cum Autoribus pari censentur jure, qui  
scientes & volentes alteri arma, pecuniam instrumenta  
ad facinus perpetrandum, sic & ad furtum faciliter exer-  
cendum claves adulterinos, ferransanta, sealas & alia me-  
dia suppeditant, L. 54. §. 4. ff. d. Furti conf. Mandatum Re-  
gium Elektorale von Geschwindiger Executivung derer Diebe de  
An. 1719. ibi: ingleichen diejenigen, so ihnen Brech-Eisen, Stan-  
zen, Nach-Schlüssel, Dietrichen und andere Instrumenta wi-  
senschaftlich und vorsätzlich fertigen, auf gleichmäßige geschwindere  
Art eben die Straße, wie die Delinquenten selbst aussieben.  
Cujus hoc loco non absimilis causus Carpz. qu. 91. n. 25. me-  
minit, ubi rusticus, qui puerum, ut robariam exerceret,  
barba promissa & longa eaque ficta, itidemque equo ar-  
ma-

maverat & insuper viam rapinæ conficiendæ idoneam monstraverat, gladio punitus & rotæ impositus fuit. Quippe quod sicuti receptans rem alienam ut furis servet, domino ad restitutionem tenetur si eam furi dederit; Ita etiam auxilium præbens semper ad restitutionem tenetur & quidem si ad idem damnum individuum cooperatus, fuerit, scil. ad eandem rem furto auferendam, ad idem pecus abigendum, in solidum obligatur, alias ad distinctum damnum concurrens pro sua parte tantum obstringitur. Adrian. de Rest. qu. 1. sylv. Rest. 3. qu. 6. §. 4. Schulz. ad Precept. sept. Decal. §. 25. 26. Et in hisce omnibus sane nullum per Nominationem Autoris seu provocationem ad furem ipsis accrescit commodum.

## §. VI.

Nec etiam ab hac restitutione hæredes turum liberantur nominando auctorem & provocando ad defuncti facta. Siquidem hanc obligationem ex delicto cum defuncto non expirare, sed transire ad heredes docet Quintilianus Deelamat. 273. p. 466. Land. R. L. i. art. 6. Et Ulpianus in L. 4 §. 2. ff. sam. herc. a cohæredum divisione eximit quæ sita ex peculatu, sacrilegio, vi, latrocinio aut aggreditura. Et quod maximum, licet res furtivæ adhuc vivente fure ab ipso fuerint consumta hæres tamen a restitutione non liberatur, nam universitas bonorum hocce modo aucta facit, ut istud incrementum succedat in rerum male partarum locum a. L. 22. ff. ad her. pet. Quinimo, quum fures in notoria & perpetua mora constituti sint, & periculum rei præstare debeant. L. 13. ff. d. cond. furt. L. 8. §. 1. ff. eod. L. 1. C. quod met. cuf. ejus heredes ad restitutionem obligantur, licet res ablatae casu perierint, qui alias re non ablata æque non contigisset. vid. Illustr. Mencken. Disput. d. Reo ejusque herede ex delicto corporis penam afflictivam merente §. 6. Neque patrocinium hæredibus turum assertur per istam Nominationem, si ad solutionem sumptuum & expensarum in causa cognitionem, Inquisitionem defuncti, decisionem & executionem factarum compellantur, si qui-

quidem ex facto illico, tanquam radice mala nati sunt isti fructus; ut eleganter loquitur laudatus Mencken. cit. loco §. 8. Hinc non minus Potentissimus Legislator Saxonica excrescente facinorosorum malitia heredes ad ablati expensarumque restitutionem obligatos saluberrima ista sapius dicta sanctione & Mandato d. d. 27. Julii. A. 1719. severissime jussit, verbis: Gleichwie nicht minder die bisher erzählte Verbrecher, so mit Lebens-Straffe oder Bestrafung-Bau belegt worden, sowohl als der hingerichteten Miserehäter Erben, obwohl das gestohlene Gut in natura nicht mehr zugegen und bey ihnen verhanden, dennoch aus sothauer Delinquenten Vermögern, denenjenigen, welchen das iibrige entwendet worden, solches hinwieder gehabig nach den Werthe, den allenfalls der Beraubte und Bestohlene endlich anzeigen wird, zuersuchen, als welches auch mit den Schaden, so von Mordbrennern geschichtet, über die in der 17. Const. P. IV. enthaltene Straff also zu halten, ingleichen denen Gerichten, was diese oder auch die Unterthanen nach theils Orten Gebrauch zu Führung der Inquisition bey dergleichen sowohl, als allen andern Criminal-Fällen aufgewendet, ebener massen zu restituiren angehalten. &c.

## §. VII.

Qui scienter res furtivas emunt & ad restitutionem earum & ad poenam subeundam obligantur. L. 5. C. de Furt. Richter. Dec. 96. Quin & incident in suspicionem furti & ipsi furtura fecisse prafumuntur p. I. 2. C. d. Furt. Struv. Jur. Pr. Rom. Germ. L. 2. Tit. 1. aph. 65. Bajard. in Addit. ad Jul. Clar. Lib. 5. sent. §. Furtum n. 115. usque ad n. 119. Berlich. Part. 5. Conclus. 44. Inde talis mala fidei possessor nominando autorem parum solatii sibi affert. Habet se enim istar receptatoris & auxiliantis, & ad modum ejus poenæ subjicitur. Schneidew. ad §. 4. J. d. furt. Et quanquam alias ementes res ablatas, ut infra erit monendum, ad purgandam & evitandam suspicionem furti & latrociniū indicando autorem plurimum momenti conferre possunt; Neutiquam tamen liberatur ejusmodi possessor dicendo se rem ab ignoto emisse, cum oblet präsumtio legis, conditionem ejus

notam esse debere, cum quo quis contrahit. Brunnem.  
ad L. 5. C. de Furt. Farin. qu. 177. n. 6. Mascard. Concl. 814. n. 8.  
Sicut quoque is, qui exiguo pretio rem emerit a fure, fraudis  
particeps videatur, ita, ut torqueri possit. Richter all. loc. n.  
11. modo rem occultando negaverit, eaque per testes pro-  
bata fuerit, tum indebitatum esurgit indicium ad tortu-  
ram, C. Cr. art. 40. Pariter nullum possessori rerum furtiva-  
rum per Nominationem autoris enascitur commodum,  
ut in furti suspicionem gravissimam & posthanc in tortu-  
ram non incidat, si res furtiva vel rapta penes illum in iis  
clausturis, quas personaliter occludere sivevit, vel alijs si-  
spectis in locis condita vel defossæ reperiantur. I. 2. L. 3.  
art. 35. Die handhafte That ist, daß er Dieberey, oder Raub  
in seinen Gewehren hätte, da er selbst den Schlüssel zurücke in  
seiner Seiten. Sicut inter plurimos casus coram Prætorio  
Lipsiensi quotannis occurrentes nuperime hujuscemodi  
Possessor, Wolff Heinrich Drehnert, nominatione neutiquam  
attenta, ziemlicher Weise & alio tempore talis farina scemi-  
na, Sabina Elisabeth Dantzern primo gradu tortura sub-  
jiciebatur, & licet priori casu inquisitus omnes modos se-  
undi gradus intrepide sustulerit, nihilominus tamen ad  
opus publicum condemnabatur, quemadmodum & alte-  
ra, superatis tormentis, in ergastulum destrudebatur.

## §. VIII.

Ob Injurias atrociores & inprimis contra Personam  
publicam, sicut quoque Jure Elect. Sax. inter personas in  
priori Paragrapho Mandati de Duellis de An. 1712. com-  
memoratas, coniunctas Inquisitionem & poenam corporis  
afflictivam locum habere constat. Dum vero de iis saltem  
causis, qua criminales dicuntur, hic animus est scribere,  
de injuriante, quatenus criminalem Processum perpeti fas  
est, nonnulla proferemus. Talem nimirum neutiquam  
excusat, si injuriam a se prolatam ab alio se audivisse di-  
cat. arg. L. un. Cod. de famo. libellis. etiam si autorem indica-  
re valet, a quo ipse primum injurias audivit, secundum  
vulgatum: Wehrmann hilft nichts, Coler. P. I. Dec. 16. cum  
hic

hic non minus lādat alterius existimationem & dignitatem, quam ille, qui primum eas excogitavit. Idque co magis si talis propalator verba injuriosa non relative enarraverit, nec simul protestatus fuerit de non injuriandi animo, vel potius dictis ab alio auditis ipse confirmando injuriam addiderit: *Man darf es nur auf sein Wort sicher nachfragen.* Nec excusatur assertens, se ad alterius mandatum injurias hasce evomuisse, cum non solum ille pœnam promeritam patitur, qui facit injuriam, sed & qui facere jussit. §. 11. J. d. Inj. L. II. pr. ff. eod. Brunn. ad b. l. n. 1. Unde etiam in levioribus in juris contingit, quod Advocati si ad Clientis relationem & voluntatem injuriosa verba, *Anhöligkeiten*, in adversarium profuderint, sapientia plus que mulcta mulcentur. Quaritur an Creditor, cui à Debitor dignitate illustri vel generosa conspicuo, in meliorem securitatem Crediti & secutura solutionis obligatio est. Verlust seiner Gräf. Abel. Ehre, mit Verpfändung seines Honneur, facta, & constituto deinde in mora huic impune objicere possit, quod perdiderit famam & honorem, quod infamiam vel maculam sibi attraxerit, siveque provocando ad verba obligationis ipsumque Debitorum tanquam autorem hujus effasti se defendere queat? Quod utique negandum, tunc quia pactum hoc turpe est, & invitat ad delinquendum L. 27. §. 3. §. 4. ff. d. Part. tum quod absque animo injuriandi nemo sibimet ipsi hoc modo jus dicere potest. v. Peter Muller in Disp. de obl. sub infam.

## §. IX.

Ad horum indolem isti proximè accedunt, qui famosis libellis aliorum existimationem imminuere satagunt, unde is, qui in famoso libello crimen aliquod licet verum alteri obiecit, tenetur tamen ad pœnam in legibus pasquillantibus praescriptam, neque ipsum quid juvabit ad automrem & veritatem criminis provocare. Non enim licet veritatem istius pandere per libellum famosum, vel etiam per hunc illam probare. Mynsing. Cent. 4. Obs. 4. n. 2. sed denunciatione vel accusatione præviâ Criminis probacionem

nem judicialiter peragere cuiilibet relictum, neutquam  
 verò per clancularias suggestions & extrajudiciales diffi-  
 mationes celato nomine proximum ladrere decet. Carpz.  
*Pr. Crim. p. 2. qu. 98. n. 40. 41. Ordin. Crim. art. 110. ibi.* Und  
 ob sich auch gleichwohl die aufgelegte Schmach der zugemessenen  
 That in der Wahrheit erfürde, soll dennoch der Aufrüher solz  
 der Schmach nach Vernieg der Recht und Ermessung des Rich-  
 ters gestrafft werden. Cum qua concordat *Conf. Elef. 44.*  
*P. 4. Delicti famosi carminis pariter sit reus, qui hoc alio*  
 diclante scribit *L. b. ff. ad L. Pompej. de Parricid.* nec no-  
 minando huncce Autorem à pena se liberare valet. Idem  
 obtinet in eo, qui edit, evulgat, publice proponit, & affigit  
 aut cantat vel recitat carmen famosum; Qui revelat aliis  
 legendum & sic inventum manifestat, cum supprimere,  
 cumburere, diaceras debuisset, licet ad autorem decies  
 centies provocet, poenam incurrit. Sic enim in *L. un. C.*  
*de Famq. libell.* clarissimis verbis sancitum: *Si verò non fla-*  
*tim eardem chartulas vel corruperit, vel igne consumferit, sed rim-*  
*earum manifestaverit, sciat, se quasi autorem hujusmodi delicti ca-*  
*pitals Sententia subjugandum. juncto R.I. de Ao. 1530. 1541. 1548.*  
*1570. 1577. qui textus omnes quid statuendum sit, fatis de-*  
 clarant, nec rationibus destituantur, nec distinguunt. In-  
 terim tamen hodie secundum observantiam Fori plerum-  
 que mitius proceditur, cum Judici competenti integrum  
 sit, poenæ rigorem mitigare, minuere vel angere pro cir-  
 cumstantiarum qualitate, si justa, rationabilis & sufficiens  
 causa id exigat, quod præprimis indicant verba Ord. Crim.  
*art. 110. Erfindung/Ermeßung.* vid. Carpz. *Pr. Crim. qu. 142.*  
*n. 20. 21. id. quæst. 98. n. 17. seqq. & Struv. Ex. 48. tb. 79.* Hinc  
 cum Lipsia haut ita pridem carmen famosum idque ma-  
 xime sordidum & scandalum plenum in lucem veniret, in  
 quo tota virginum Lipsiensium cohors serie alphabeticâ  
 fusè recensitarum plus quam theonino dente roderetur,  
 & de singulis multa enorimissimaque scurrilia dicerentur,  
 omnes illi, in quibus manibus illud reperiebatur, qui ad  
 legendum, describendum alteri id tradidit, qui legit, qui  
 com.

commendavit, qui descriptis, licet alter alterius facto se purgare & defendere allaboraverit, relegatione sex, quinque, trium, duorum, annorum, itidem & multis pro gradu scilicet admissi doli & culpa puniebantur, sicut Acta laudatissimi Pratorii ibidem Johann Christoph R. und Conf. betreffend, testatum faciunt.

## §. X.

In Delictis carnis nemo se poenæ promerita regulariter subtrahere potest, licet alterum autorem dicat, & hunc causam stupri vel adulterii &c. præbuisse probet. Carpzovius *Pr. Crim. P. 2. qu. 169.* Utrum lenones, si autores stupri vel adulterii indicare eosque nominare parati sint, posnam effugere possint, neminem tam insanæ mentis esse puto, qui non statim negando & pernegando respondeat. Sicut enim isti lenocinium quæstus causa, liberos, uxores vel etiam extraneas personas prostituendo exercent; *L. 43. pr. 5. §. 5. 6. 7. 8. 9. de Ritu Nupt.* ita pro nefando suo negotio maritus vel parentes suorum prostitutionem facientes & Ordinatione Crimin. Art. 122. & Constitutione Elect. Sax. 30. P. 4. verbis: Da ein Ehe-Mann sein Ehe-Weib, oder die Eltern ihre Kinder um Geld oder schändlichen Gewinns willen jemand zu Ehebruch oder Unzucht prostituiren würde, so soll der, der sich solches Gewinns oder Nutzens gebraucht, wegen dieses lenocinii und Mishandlung mit dem Schwerdt gestrafft werden: Gladii poenam, tanquam laboris sui mercedem reportant; Reliquæ vero personæ arbitriae quidem, sed duriori satis poenæ subjiciuntur *Ord. Crim. art. 123. d. Conf. 30. in verb.* Würden auch andere Personen außerhalb der Ehe-Peute und Eltern ihres Nutzens oder Geldes halber eine eheliche oder ledige Person verklappeln, die sollen willkührlich, als mit Staubenschlägen, gestrafft werden. Ad quam tamen lenocinii peenam non statim deproperandum erit, sed prudentis judicis est, accuratè secum perpendere, an omnia concurrent in facto admissio lenocinii requisita, inter qua precipuum tuerit locum dolus malus. Mitiori itaque via contra eum procedendum, qui iusta ex causa motus tacuit

C

tacuit

tacuit, & adulterium vel stuprum non impediverit. Finge aliquem propter metum non improbatum, ortum ex potentia vel crudelitate amasorum delictum uxoris suæ a quo animo tulisse, vel ipsa necessitate adductum ad tale infortunium perferendum, cuius rei exemplum præbet Maritus cum adversa valetudine conflictans lecto affixus ac sic uxoris sua conatibus resistere impar; si in hujusmodi hominem poenam lenocinii statuere judex vellet, alienus sane esset ab indole justi & aequi studiosi judicis. Verba pariter in art. 122. O. C. obvia: Um einigerley Genies wille: abunde evincunt, eum demum pro lenone reputandum, qui lucri ipe allectus in adulterium vel stuprum consensit. Quod tamen lucrum non præcisè in pecunia consistere debet, sed quodlibet emolumentum aut commodum sufficit, quod leno ex lenocinio fruatur, unde & commoda voluptuaria, edulia, potus, commissationes hoc referenda. An vero & commodi honoris hic habenda erit ratio, si, v. g. non nemo permittet Mecanati suo, rem habere cum sua uxore, quo faciliori via splendido cuidam muneri admoveretur? ex mente Ordinationis Crim. art. modo allegati in affirmativam concedendum est sententiam, subest quippe & in tali specie einigerley Genies, amplior scilicet sparta, ad quam obtinendam adspirat leno. Prostitutas quod attrahet personas ista nominando & provocando ad lenones tanquam ad autores nihil adjumenti acquirunt, sed nihilominus & quidem personæ conjugata poena adulterii, personæ vero solutæ, nisi cum conjugato rem habuerint, poena mitiori succumbunt. L. fin. C. d. Spectac. & Scen. Illustr. Mencken in Usu Theor. Praef. ff. p. 1555. Sic coram Prætorio Lipsiensi talis criminis rex Reginen Dorotheen Nennerin, dum ad articulos inquisitoriales interrogata confiteretur, daß sie zeither ein liederlich Huren-Leben geführet, und oßhier zu Leipzig gegen einen Huren-Lohn mi unterschiedenen Manns Personen, von welchen sie, ob sie verschleicht oder unverehleicht gewesen, nicht gewußt, noch dar-nach gefragt, sich fleischlich vermischt, ingleichen, daß sie zwey

ans

andern ledigen Weibs · Bildern Manns · Personen , welche mit  
denen selben Hurey getrieben , in solcher Absicht zugeführt , auch  
jedesmahl von dem Huren - Lohn , so jene bekommen , etwas zu ih-  
rem Anteil erhalten sc. poena fustigationis cum perpetua re-  
legatione a Dnis Scabinis Lips. Mens. Febr. 1721. merito  
adjudicabatur . Aliam è contra personam prostitutam ,  
Marien Elisabeth Heilern , quæ , se auctore lenone seductam ,  
ut ad domum ipsius venisset , posthinc in camera inclu-  
sam , & accepto pretio quatuor ducatorum virginitate ab  
aliquo privatam esse dicebat , poenam promeritam carceris ,  
quum jam per quatuor Menses in illo detineretur , nunc  
superasse censebant Idem M. Apr. 1719. Parilem in mo-  
dum à promerita poena per Nominationem & indicatio-  
nem autorum non liberantur adjutores & promotores  
prostitutionum , velut , qui ades suas eum in finem loca-  
vere , vel patientur , ut in adibüs suis lenocinium exercea-  
tur , vel etiam fraude extraneas personas ad coitionem pel-  
liciunt . L. 8. ff. ad L. Jul. de adult. d. Ord. Carol. art. 123. ibi :  
Auch diejenigen , so wissentlicher , gefährlicher und boshaftster Wei-  
se ihre Häuser darzu leihen , oder solches in ihren Häusern zube-  
scheiden gestattet , sollen nach Gelegenheit der Verhandlung und  
Rath der Rechts - Verständigen , es sei mit Verweisung des Lan-  
des , Stellung in Pranger , Abschneidung der Ohren , oder Aus-  
bauung mit Ruthen , oder andern gestraft werden . Propter af-  
finitatem cum lenocinio adulterii mentionem facere li-  
ceat : sic ad autorem licet provocet ejusque factum , penes  
quem literæ amatoriaæ à persona conjugata scriptæ repe-  
riantur , ab indicio adulterii neutquam manet exclusus ,  
quippe epistolam talen non minus contra scribentem  
confessionem commissi adulterii ac obligationem indu-  
ctam probare ex L. 26. ff. depof. C. 2. X. d. Fid. Infr. statuunt  
criminalistæ , vid. Carpz. P. I. Decis. 95. n. 71. idem P. I. c. 16.  
Dec. 20. n. 1. seqq. quam & illa acceptantem suspectum redi-  
dit ex eo , quod tacendo & non contradicendo imò re-  
tinendo & conservando hujusmodi literas omnia in iis-  
dem contenta in sui præjudicium vera esse fateri videatur .

C 2

per

per L. 16. ff. ad S. Ct. Maced. § DD. ad eandem. Ita rursus Lipsiæ  
femina Johanna Christiana B. suspecta de adulterio insigne  
gravabatur literis amatorii in forma cordis artificiose ex-  
cisis unoque ex latere rythmos devinctissimos, altero no-  
men amati uxorati, annum & diem exhibentibus apud  
ipsum repertis. Eadem rationem subesse apparet, si ima-  
go alienæ uxorii apud masculum vel pectori suspensa, vel  
alias bene condita deprehenditur.

## §. XI.

Quemadmodum vero in praecedentibus commonstra-  
tum est, nominationi autoris persæpe nullum relinqui lo-  
cum in delictis carnis, ita & idem jam de homicidio affir-  
mandum, nam si per conſpirationem seu conjurationem  
plurium aliquis occisus fuerit, five de autore sceleris &  
vulneris conſet five non, five unus vulnus lethale infix-  
erit, five plures percusserint, nemo ullum perſentiet poena  
temperamentum, sed plane omnes quoquero numero sunt,  
ob unum hominem intererunt veniunt capite plectendi,  
ut expressis verbis sancitum videre est, ex Ord. Crim. art.  
148. conf. Dn. a Berger. Ocean. Jur. L. 3. p. 835. Neque hoc  
absque ſufficientibus rationibus. Nam 1) omnes animum  
habuere occideadi. 2) Singuli dolo malo causam cædis  
præbuere, cum præſentia ſua occiforem audaciorem, occi-  
ſum vero timidiorem reddiderint. Item 3) argumento  
ex L. fin. ff. ad L. Corn. de ſic. a contrario deducto, quia non  
fortuito ſed deliberao animo, dataque opera homicidii  
perpetrandi cauſa convenere, ſicque non ſpectandum ad  
uniuersusque iustum, ſed omnes poena ordinaria afficien-  
di, conf. Richter. Differt. de homicid. L. 1. pr. §. 3. L. 14. § 15.  
ff. ad L. Corn. de ſicar. Dan. Moller. ad Conf. Sax. 7. P. 4. n. 8.  
Faciunt huic verbi Ordin. Crim. art. 148. ubi dicitur, die  
einander Hülſ und Beſtand thun, ex quibus verbis prono-  
alveo ſequitur, ſolum ſufficere auxilium mūruum ad po-  
nam capitalem infligendam neutiquam vero desiderari,  
ut omnes occifum percusserint vel vulneraverint. Unde  
Theſaurus Dec. 31. poenam capitum dictatam fuſſe cuidam,  
qui

qui ex compacto hominem ad cellam vinariam, ut ibi occideretur, callide duxit, licet deinceps nihil egisset, sed facinori tantum armatus adstiteret. Idque eo magis obtinet, si plures vulneraverint & vulnera inficta non singula, sed simul summa demum pro lethalibus habeantur d. Ord. Crim. d. l. s. und man möchte keinen wissen sc. Conſt. Elect. Sax. 7. P. 4. Exc. Wernherus tit. ff. ad Leg. Corn. de Sic. §. 4. & licet etiam defuper ab insultato omnes aut quidam ex eorum numero in discriumen vita fuerint redacti, nihil tamen ipsis proficer occisum hoc modo autorem & promotorem mortis suæ nominare: Sive etiam nominent Principem, vel autorem conſurationis & scelestæ suæ factionis, ut olim apud Romanos Sejanus, Catalina, Piso nominabatur, non tamen Socii à conſorcio pœna ejusdem liberabuntur. Nec à presumptione homicidii dolosi se liberare potest conjux, in cuius lecto morrua invenitur altera, qua antea non aggrotavit, L. i. §. si vir aut uxor L. 3. §. 2. ad SCt. Syll. imprimis si in cadavere mortuæ appareant signa suffocationis, vel conjux eam clam sepeliverit, nec ipsam luxerit, odio eam habuerit aut gravissimis eam affigere conſueverit verberibus, sic etiam si eam ipsam dicat autorem, afferendo scilicet, eandem semetipsam suffocasse, & ad ipsius proprium factum provocet & suam innocentiam alleget, ab Inquisitione imo tortura tamen non absolvitur. Bœr. Qu. zbi. n. 1. Menoch. L. 5. Praef. 15. n. 5. seq.

## §. XII.

Sed non sufficit de homicidio doloso quadam monuisse, quum homicidium culposum nobis suppeditet exempla, in quibus nominans autorem suæ causæ nullum præsidium reponere potest. Sic homicidium culposum committit tonsor in via publica vel alio loco ad radendum infelici & minus destinato aliquem tondens, & inter radendum, dum ipse ab aliquo percutitur, invaditur, vel etiam casu fortuito, lapsu alterius vel alio modo gulam latens vulnera minus curabili. Inde Nominatione autoris

ris causam vulneris existentis a poena culposi homicidii nequaquam se defendere poterit; sic etiam de venatore in loco inconserto & a transiuntibus frequente globis petendo aliquem interficiente erit dicendum, ut casus isti in Ord. Crim. 146. loco & exemplo reliquorum similium allati reperiuntur, verb. Ein Barbier schert einen den Bart *rc.* Unterstünde sich aber der Barbier an der Gassen *rc.* oder der Schütz an einer dergl. ungebührlichen Statt &c. cont. Beyer ad hunc art. pos. 11. § 12. p. 187. Neque quicquam juabit licetores fugientem vel aliquem paululum & absque armis resistenter occidentes istum autorem nominare, quin potius isto modo homicidii culposi, in modo velim dicere dolosi, rei reddantur: cum enim iudex neminem indicta causa suppicio afficeret & ab executione incipere possit, qui poterit lictor iudicis id facere? Quid, quod saepius nocentes non solum, sed & innocentes metu carceris fugiant & periculo sese exponere nolint. Sic tale genus licitorum insolens & temerarium eō gravius puniendum, si privilegio suo fulcitur eodem in perniciem aliorum abutantur. Aut Presbyteri C. d. Episc. & Cler. Gail. L. 1. Obs. 54. n. 3. Et Brunn. ad L. ult. C. d. Exhib. & transm. reis a. L. 1. C. de Priv. Et licet in homicidii ex culpa profecti reos poena capitalis statui nequeat, expectat tamen nonnunquam talēm reum poena corporis afflictiva, si talis culpa speciem doli praesē ferat, quod evenire cernimus, si culpa sit crassior vel lata. Cum enim regulariter nemo in negotiis aliquibus momenti negligentissime versetur, nec imbecillitas humana regulariter tanta sit, ut vel in crassis & evidenter mens fallat; Vero similiter utique doli suspicio contra oscitantissime agentem & crassa culpa occidentem emergit.

## §. XIII.

Plerique homicidarum poenam capitalem effugere cupientes moderamine inculpatæ tutelæ se tueri allaboreant, infelici tamen plerumque successu. Sic non potest autor rixæ in vita disserimen incidens & in tanto pericu-  
lo

lo constitutus, ut neque tuto effugere neque vitam suam aliter, quam alterius nece salvare queat, alterum sic interficiens moderamen inculpatæ tutelæ allegare, & hunc talis effectus autorem dicendo à poena homicidii ordinaria se liberare. Non enim Lex præsumit eum in vita periculo fuisse, qui suaculpa se periculo exposuit L. 11. ff. ad L. Aquil. siquidem cardo totius necessaria detensionis in principio consistit, quis initio operam dederit rei illicitæ & pro eo quoque eventus astimari debet. L. 6. C. de Vi publ. & priv. Gail. d. P. P. L. 1. C. 16. n. 17. Berlich. P. 4. Concl. 13. n. 5. Et licet etiam interfectus sit autor rixa, aggressor & insultans, qui tamen fugiendo in tempore alterum relinquat, alter, si fugientem insequatur & occidat nequaquam nominando istum autorem auxillii quicquam sperabit; Tunc enim non amplius se defendere, quam quidem ulcisci ac vindicare videtur. L. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Conf. Crim. art. 142. Et sic generaliter de omnibus limites inculpatæ tutelæ transgressis est statuendum. Neque enim eventum causa & culpam in alterum tanquam autorem occisor plene devolvere potest, nisi justam causam, justum modum & justum tempus accurate observaverit. Nec enim quilibet insultatio ad moderamen inculpatæ tutelæ sufficit, sed illa demum, quæ alterum in discrimen vita adducit & quod insultatus aliter declinare non potest, quam ut insultantem occidat L. 2. C. de L. Corn. de sciar. §. 3. Inf. de L. Aquil. Ord. Crim. art. 142. Nec defensio offensione atrocior, sed proportionata esse debet, ubi tamen non tam specierum quam periculi intentati paritas in armis attenditur. Carpz. Qv. 28. n. 29. Mich. Fried. Leder. de Jure bell. priv. L. 2. c. 14. p. 393. seqq. Nec etiam defensio longius duret offensione & confictu, sed cum eo incipienda & itidem finienda. Inde sequitur, eum, qui ex intervallo post sedatam pugnam insultantem demum interfecit, non tam vim repellere, quam vim inferre & ulcisci. Extra periculum enim cessantemque pugnam est constitutus, ita, ut cessante periculo cessare etiam debeat defensio, & dici non

non potest eum in continentis se defendisse, qui rixa finita aliquem interficit, L. 1. §. 27. L. 3. §. 19. ff. de vi & vi arm. Joach. Hopp. ad. §. 2. f. D. L. Aquir. p. 918. seqq. Carpz. Qu. 31. n. 27.

## §. XIV.

Jam de crimine diffidationis quædam adjicere juvabit: poenam diffidationis & is incurrit capitalem, qui literas diffidatorias, licet ipse easdem non conceperit, emitit, neque provocando ad autorem concipientem sibi prospicere quicquam potest. Carpz. Pr. Crim. p. 2. qu. 37. n. 41. 42. item qui loco alterius easdem alicui offert. ibid. n. 45. nisi, qui ignorantiam juramento, vel pro gravitate indiciorum sub tortura obtinere possit. ibid. n. 50. Berlich. p. 4. conclus. 21. n. 13.

## §. XV.

Cessat porro Nominatio autoris in Crimine Assassini. Evidem, quod ad Jus civile Romanum attinet, nihil in eo de hoc crimen ejusque poena definitum reperitur, quippe cum crimen hoc Justiniani temporibus fuerit incognitum; Unde neque textus aliquis, neque ipsam vocabulum in hoc jure prostat, nisi quod Assassini & Assassinores sub generali nomine locatorum & conductorum operarum subintelligantur. Quæ & causa est, cur in toro civili pro varietate & conditione populi cujusque admodum variaverit hujusmodi poena, quippe quandoque gladio puniti, quandoque rota fuerint contusi Assassini, quandoque addita si uskulatio per forcipes signitas, quandoque in locum supplicii tracti per caudam equi. Zieg. ad Inflit. Lancell. L. 4. tit. 10. p. 998. Donec tandem Jure Canonico ab Innocentio IV. C. 1. de Homicidio in 6to sic dispositum fuit: Ut quicunque Princeps, Prælatus, seu quavis alia Ecclesiastica seculari se persona quempiam Christianorum per dictos Assassinos interfici fecerit, vel etiam mandaverit, quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur &c. Ibidemque statuta poena ordinaria, perinde ac si mandatum homicidium esset executum. Hinc videre est, quod Assassi-

fassinium, der Meuchel-Mord, proprie dicatur, cum homo  
 infidelis ad trucidandum hominem christianum, oblatu  
 ipsi vel accepto præmio, operam suam collocat. Attenim  
 vero hodie bona interpretatione in genere vocatur Assaf-  
 simum, quando quis sive Christianus, sive infidelis certo  
 pretio condactus aliquem interficit. Et licet etiam jure  
 Carolino mentio Criminis Assassinii directe facta non fue-  
 rit, itidemque Jure Saxonico pœnam huic delicto nullibi  
 determinaram afferat Carpzovius *Pr. Cr. P. 1. qu. 19. n. 10.*  
 Nihilominus tamen cum hoc delictum atrocissimum &  
 magnam affinitatem cum latrocinio & homicidio prodi-  
 torio habeat, Carpz. *P. 4. C. 6. Def. 8. n. 5.* siquidem infida-  
 tur alteri Assassinus, &c. si aliter propositum suum exequi  
 non valeat, simulat amicitiam, ut sub hoc praetextu alterum  
 vita privata acquirat occasionem, ex analogia Juris pœ-  
 na in latrones, *Conf. Crim. art. 137.* statuta, ad Assas-  
 nos quoqua extenditur, iique tanquam latrones puniun-  
 tur; Ita & in foro Saxonico Assassinii, qui pecunia acce-  
 pta vel in specie remuneracionis aliquem occidunt, regula-  
 riter rotæ supplicio veniunt afficiendi. *Conf. Elec. Sax. 1.*  
*P. 4. Dn. a Berger in Elec. Crim. p. 112.* etiam si fuerit foemi-  
 na. Quo & facit Land-Decht, *Lib. 2. art. 13. verb.* ellîche er-  
 morden die Leute um Geldes, oder Gütes willen, und mit wohlbe-  
 dachttem Muthe, dieses seynd rechte Mörder, und von den sagt er  
 hier &c. Idque adeo procedit, ut etiam ob conatum, si  
 modo ille fuerit proximus consummationi delicti, & siul-  
 tra tractatum deuentum sit ad actum aliquem, immedia-  
 te ordinatum ad ipsum factum, non quidem præcise ad  
 intulsum & ipsam vulnerationem, sed ad minimum tamen,  
 ut e. g. Assassinus concesserit in eum locum, quo transfi-  
 turus est, cui infidæ struuntur, nihilque ibi steterit per as-  
 sassinum, quo minus consummaretur delictum, solo calu-  
 evadente cœdi destinato homine, parili pœna ad mini-  
 mum gladii cum rotæ impositione afficiantur tales nequisi-  
 simi locatores. *Conf. Farin. Op. Crim. Tit. 14. Qu. 123.* & seqq.  
 Carpz. *Qu. 19. n. 27. ss. 57.* & seqq. ubi n. 63. in medium pro-  
 ducit

ducit insigne prajudicium Dnorum Scab. Lips. Hisce allatis, causa datur dicendi de iis, qui Assassinos adjuvant, defendunt, hospitio excipiunt, abscondunt, aut quoconque alio modo huic delicto perpetrando administrant, seu adminiculantur, item, qui literas conducticias ad maleficos, vel literaria colloquia transportant. Ipsi omnes Nominacione auctorum minimè sublevantur, sed potius non solum de Jure Canonico a. C. i. d. Homicid. in 6to ultimo supplio subjacent conf. Eyb. in Diff. d. Assass. sed & Jure Nostro parili mercede donantur, ut Assassini, scilicet pena rotæ, aut gladii cum impositione rotæ. Damhoud. Pr. Cr. c. 83. n. 6. Haecenus de Assassini, nunc qua Assassinatorem poena maneat, silentio præterire non licebit. Tantum igitur abest, ut ipsi aliquid conducat, si ad autores & occidores ipsos provocet, ut potius simul capitali supplicio puniantur, & cadaver gladio puniti rotæ imponatur. a. O. C. a. 137. Illustr. Menck. in Uſu Theor. Pr. ff. p. 1568. n. 14. Nihilque interest an vulnerare tantum iussit, & Assassinus è contra interficerit, nihilominus hic & iste poenæ ordinaria subjacent, quippe unum idemque est, occidat quis, an dolo malo mortis causam præbeat. L. 15. ff. ad L. Corn. de Sicar.

## §. XVI.

Eadem sepe plane res habet cum incendiariis conductis & conducentibus, quibus denegatur facultas, se per nominationem autoris invicem defendere, immo horum conatus, utrum nullum prouersus damnum inde fuerit datum, modo ad actum proximum pervenerit, ut materiam igni concipiendo aptam jamjam inflammaverint, vid. Carpz. P. I. qu. 39. n. 39. 40. & seqq. ordinaria ignis poena vindicatur, uti pronunc. Fac. Jur. Lips. M. Sept. 1721. idque non solum de Jure civili, per L. 14. ff. d. L. Corn. de Sic. sed & Saxonico, Conf. Elect. 17. P. 4. verbis: Mord. Brenner, so die That noch nicht vollbracht, sind nichts weniger mit dem Feuer, auch die, so solches befahlen, oder Vorshub ihun, mit dem Schwert zu straffen. Ubi conducentibus æque ac adjuvantibus loco ignis, gladii

dii poenam attribuere libuit Serenissimo Legislatori vid.  
de cetero Ord. Crim. art. 125. & Regis Electorisque Saxo-  
niae Potentissimi General-Verordnung, wie die Feuer-Brän-  
ste abzuwenden se. nec ex damni reparacione reus initio-  
rem poenam sperare potest, ob generalem dispositionem  
d. art. 125. Ord. Crim. addita ratione in Const. Elect. 17. P. 4.  
allata, verb. Nachdem denn solche Missethat se. Et ut poena  
ista affligantur incendiarii perinde est, sive proprio motu,  
sive ira & offensione praecedente delictum hoc commis-  
sum fuerit. Non enim hic iratus in licitis versatur, sicut  
is, qui moderamen inculpatae tutela ira commotus exce-  
dit. Offensus aliter se vindicare potuit, quam admissione  
tam atrocissimi criminis, quod species defensionis dici  
nequit. Carpz. P. 4. c. 17. def. 9. sic rursus nominans auto-  
rem offendentem nihil operabitur. Imo nec heredibus  
incendiariorum per Nominationem autoris subvenitur, ut  
a damno a defuncto, licet poenam corporis afflictivam per-  
fessio, incendiis dato reparando liberi maneat. Illustr.  
Mencken. in Disput. de Reo ejusque herede ex delicto &c. ad re-  
stitutionem obligato.

## §. XVII.

Qui venena mala vendit vel alicui suppeditat, venefi-  
ci reus fit, si id faciat hominis necandi caufa. L. 3. pr. ff.  
ad L. Corn. d. Sicar. unde nominando autorem ementem &  
accipientem talia venena & perimentem homines a poe-  
na non redditur immunitis. Coccejus de Sicariis & Veneficis.  
Criminis enim hoc casu fit particeps imo causa principa-  
lis, sine quo beneficium non fuisset consummatum. Quam  
ob rem eadem poena hic locum invenit, qua Legis Cor-  
nelia de sicariis, qua est capit. §. 5. Inst. d. Publ. Jud. L. 1.  
§. 1. L. 3. pr. §. 5. ff. ad L. Corn. de Sit. L. 28. §. 9. ff. de Pan.  
Hodie ex Ord. Caroli V. poena veneno homines necandos  
curantium est rota in masculis, in foemini suffocatio. Conft.  
Crim. Art. 120. Si autem plures distinctis vicibus hoc mo-  
do perierint, reos ante rotæ contusionem, prius forcipi-  
bus carentibus adurendos vel traha ducendos ad suppli-  
cium

cium jubet Const. Crim. d. Art. 130. ibi: Doch zu mehreren  
Furcht anderer &c.

### §. XVIII.

Transitum jam facimus ad crimen falsi, & in quantum hic exulet nominatio autoris perpendemus. Quando quis adhibetur ad testamentum scribendum, & sibi vel suis hereditatem, legatum vel fideicommissum adscripsit, etiam volente testatore, is falsum committit. L. 14. ff. ad L. Corn. de falsar. L. un. C. de his. qui sibi adscripsit. Brunn. ad d. L. 14. ff. neque ab hoc nominando autorem testatorem se purgare poteat. Parum quoque inmo nihil proderit nominanti autorem, cui ab hoc falso instrumentum in calamum dictatum fuit, sed dictans & conscribens falsi pena tenentur. Damhoud. in Pr. Crim. 125. fol. 193. Sicut talis casus Anno 1720. coram Senatu Lipsiensi contigit, ubi, dum quis a falso documente producente ad probandum ipsius innocentiam & ignorantiam invincibilem, in testem defensionalem vocabatur, forte fortuna evenit, ut testis ipse sponte sua confiteretur se documentum istud falso conscripsisse, idque a pristino Domino suo, cui a servitiis fuerit, in calamum dictatum fuisse, a quo deinde producens istud bona fide & ignoranter accepit. Sicque factum, ut conscribens carcere puniretur, dictans vero dominus, tanquam verus falsarius usque ad hunc diem in Inquisitione haret.

### §. XIX.

- Falsum pari modo committit, qui falsis instrumentis ab alio confectis dolo malo uititur L. 13. §. 1. ff. ad L. Corn. d. Fals. Nec minus idem committit, qui mensuras & pondera falsa ab alio confecta usus sui gratia possidet. Carpz. Pr. Crim. P. 2. qu. 93. Hi omnes nominando autorem, qui confeccerit falsa, à poena vel fustigationis, vel relegationis, vel carceris, vel pecuniaria, pro modo delicti & damni dati infligenda, non absolvuntur. Sic modii falsi Possestorum Inquisitione & poena dignum judicavit Collegium Facultatis Jur. Vitebergenensis, referente Dn. Berger El. Crim. P. II.

*II. Obs. sr.* Constat porro de Teste, quod non solum ipse falsum committere possit, sed & qui testem producit p. L. 9. §. f. ff. ad L. Corn. d. Falsf. Siquidem committitur hoc crimen subordinando, idque si Testes vel ab initio coem, vel ex post facto corrumpi & ad falsum dicendum se persuaderi & deduci finant. L. i. pr. & §. i. ff. ad d. L. Conf. Crim. 68. vel etiam si quis falsi testis dictio utatur, vid. Müller. ad Struv. Exercit. 49. L. 48. Tit. 10. §. 71. Tit. 2. Cum igitur hisce modis & Testes & iisdem utens in pari turpitudine versentur, neuter alterius facto se excusare nec alterum in sui defensionem autorem allegare potest.

§. XX.

Egregium ad nostrum thema facientem declarat causum Sanctio Constantini in L. I. C. de Fals. Monet. ubi ad ignorantiam suam vel autorem provocare non conceditur ipsi, in cuius domo vel fundo moneta adulterina cuditur, quippe nihilominus dominus vel fundus fitco vindicatur, quoniam non facile, qua doni geruntur, nescire licet. L. 8. §. 6. C. de Repud. Sic & in consciis hujus eriminis illud que non manifestantes eadēm poenā animadverti jubet Imperator Constantinus in dicta lege, quā tenentur fabricatores falsar moneta. Tenentur itaque non solum ipsi ex vitiōsa materia cudentes, sed & auxiliū & opem præstantes, stando in excubiis, follem trahendo, vel ignem sufflando, poena, qua L. 2. Cod. de Fals. mon. & Ord. Crim. Caroli V. art. III. Sententia post 28. sub titulo **von falscher Münze** ignis determinata est. Carpz. qu. 42. n. 22. 68. 69. 70. Eadem quoque poena secundum rigorem dicta Carolinæ irrogatur illi, qui falsam monetam expendit, licet non fabricaverit, modo scienter & dolose illud fecerit. Clasen. ad art. m. Sicut hocce casu, quum Lipsiæ rusticus quidam, **Hanns Nienken**, deprehenderetur, qui scienter & dolose falsam monetam, einen Kaiser-Daler und fünff wen Drittel-Stücken, spenderit, licet autorem suum, præprimis magistratus sui vice fungentem, nominaverit, a quo illas expendendas accepert, nominatusque autor, quod ipsi hafse-

D 3

spe-

species suppeditaverit, inficias ire non potuisset, nihilominus sexennii relegatio a Dominis Scabinis M. Febr. 1719. dictabatur, eaque a Facultate Juridica, non attenta defensione Inquisiti, subsequenti Mensē Martio confirmabatur. Nec dissimili ratione coram laudato Prætorio Lipsiensi ob expensas falsas monetas verula malæ famæ Anna Barbara Büttingen, insuper habitâ Nominatione autoris, torturæ subjiciebatur. Et ita omnes hujusmodi persona Nominatione autorum planè nullum sibi afferunt defensionis momentum. Neque etiam suspicionem & indicium falsæ monetæ, nominando autorem, aliquis declinare potest, penes quem instrumenta ad cūdendas monetas apta insuperque materia vitiosa, jamjam ad cūdendum præparata, stannea, plumbea, sive cui plurimum aris admistum est, reperitur. Carpz. Qu. 122. n. 34. id. Qu. 42. n. 21. Imo talis simpliciter habendus pro falsario. Zang. d. Tort. C. 2. n. 226.

## §. XXI.

Sic quoque non effugit quis præsumptionem hæretici, penes quem reperti sunt hæretici libri, licet nominet autorem, a quo acceperit. Hipp. de Marsil. Pr. Crim. §. dilig. n. 92. Pariter ab indicio Magia neque poena liberatur, in cuius ædibus, cista, conclavi reperiuntur res magica vel de magia suspectæ, ut sunt pixedes, ungventus, pulveres, membra humana, interfecti infantes, signa crucis, sanctorum reliquias, hostiæ, imagines cereæ acubus transfixæ, venena vel herba malignæ, libri magici, bufones, quos in ollis alunt sacratis hostiis, pascunt, baptizant. &c. conf. Besold. Thef. Pr. voc. Hexen. Bodin. de Mag. Daemon. L. 2. C. 8. & L. 4. C. 2. etiamsi probare paratus sit autorem, qui viderit, commodaverit, deposituerit, vel alio modo ibi reliquerit res istas.

## §. XXII.

Neque tandem alterius tanquam autoris factum defensionis loco allegare potest provocatus in duellis, si comparuerit; sed æque provocans ac provocatus æquali poena

na

na afficiuntur non solum Jure Saxonico Electorali ex Mandato Regio contra duella de An. 1706. & An. 1712. Sed etiam Jure Imperii per Edicta Ferdinandi III. de An. 1661. Leopoldi I. de Anno 1667. item die Räyserl. Resolution wegen des Reichs Gutachten wegen der Duelle 1668. Gallico, Brandenburgico, jx. Edicta de Ao. 1652. 1688. § 1713. Hassico, per confirmationem 1660. promulgatam. Neque etiam secundantes, ut audiunt, Duelli auctorum facto liberantur a poena, sed eadem ac isti tenentur. conf. Mand. Reg. Elect. Sax. de Ao. 1712. §. 47. & Brandenburg de Ao. 1713. Art. 9. Imo tenetur aquilum cum provocato poena, qui duellantem, haud homicidam, hospitio excipit, occultat, sive ad fugam adjuvat d. Mand. Sax. §. 44. id vero scienter Homicida exhibens ultimo supplicio aquilum cum provocante ib. §. 45. & Edict. Brandeb. Art. 8. Minus pariter iis subvenitur Nominatione auctorum, ut a poena graviori immunens reddi possint, de quibus innotescit, qui ad duellum ullo modo vel ministrando vel apportando arma & aliam suppellecitem, vel tenendo equos, aliquid fecerint. Et hoc sane eosque procedit, ut neque domesticis à publico opere, neque spectatoribus se se a poena carceris excusandi concedatur occasio per nominationem auctorum criminis. alleg. locis it. §. 48. 49. & Brandenb. art. 9. & 10.

## §. XXIII.

Plura superaddi possent exempla delictorum hue facientia, in quibus nempte Nominationi auctoris omnis denegatur facultas. Facit hue crimen Repertundarum, in quod incurrit Judex, si per suos domesticos quid justitiae promovenda causa acceperit, quia aquum esse censetur, ut eorum culpam factumque præstet, quos debuisset bonos eligere, suspectos observare, corruptos coercere L. i. C. de L. Jul. Repet. arg. L. 4. §. 2. ff. de offic. prov. Judex ergo luit poenam huic delicto præfinitam, si vel maxime ad domesticos suos tanquam autores delicti provocet. Sic caupones & alii, qui ex illicitis hospitum suorum ludis quantum trahunt, aut solummodo ludos vetitos permiserunt in

in suis ædibus, pœnis arbitriariis hodie sunt obnoxii, licet ipsumet ludum non exercuerint. Imo Receptatores ludentium ix. L. i. §. 2. ff. de Aleat. eâ pœna coercendos esse statutum, ut id, quod lufus tempore passi sint, sive in danno, sive in injurya consistat, vindicare nequeant: Qvin & juxta L. ult. C. de Aleat. domi corundem publicentur. Clericus autem, etiam si tantum spectator ludi vetiti fuerit, tres annos ab officio suspenditur. *Authent. Interdicimus C. de Episc. & Cleric. confer. in saxon. art. general. 16.* Ita ut nulli ex ipsis omnibus Nominatio autoris quicquam proficiat. Sic de delictis, quæ dicuntur, pro amico a qualiter statuendum, quod, qui amicitia causa aliquid commississe dixerit, hac autoritate nihil sane sibi conciliet admiruli. Innuit enim rectæ rationis dictamen, quod major honestatis habenda sit ratio, quam amicitia, adeoque istius respectu illa violari non debeat. *Grot. L. i. c. 2. d. 1. n. 3.* conf. Joh. Schulzii *Disput. de delictis pro amico.* Sed temporis & spatii angustia impedimento est, hac singula uberioris excutere. Silentio tamen prætermittere nolumus propter maximam Nominationi cum Litis Denunciatione intercedentem propinquitatem, inanem esse conatum eorum, qui in causis criminalibus, vel penalibus litis denunciationis remedio sibi prospicere satagunt. Litis enim denunciationi solummodo locus est, quando aliquis regressu quodam & actione adversus alterum ad indemnitatem præstandam tendente uti potest, & suscipitur hac litis denunciatio eo fine, ut regressus permaneat salvis; Sed in delictis unus delinquens alteri delinquenti indemnitatē præstare nulla ex parte est obstrictus. Ipsomet recordor, Advocatum quendam magni nominis sibi maxime inconcinnne & infeliciter hoc remedium aliquando vindicasse. Quum enim instrumenta quadam summam pecunia plus, quam quadragesima millionum thalerorum respicientia exhiberentur in Praefectura Lipsiensi eo fine, ut copia vidimata horum confiscaretur, animadvertere vero Judge in documentis hisce chartam signatam non fuisse  
ad-

adhibitam, mulcta trecentos imperiales excedens expo-  
seretur ab exhibente hac instrumenta, defensor ejus an-  
terior hujus declinanda studio nonnulla allegabat, praci-  
pue vero litis denunciatione Principali suo prospicere,  
eumque satis tutum opinabatur, dum Tertio conficien-  
ti & conscribenti hacce documenta litem denunciaret.  
En vero, quim contra naturam hujus causa litis denun-  
ciatio suscepiteret sine scopo jaculatus fuit vir iste consul-  
tissimus. Neque tamen navim, ut ajunt, ad scopulos in-  
tulit; Sed remansere post obitum ejusdem subsecuto de-  
fensori alia media defensionis & innocentia, quibus Per-  
illustrem Possessorem horum documentorum eximere li-  
cebit mulcta ipsi antea dictata.

## CAP. III.

## IN QVIBVS CAVSIS LOCVM HABEAT.

## §. I.

**E**Quidem ex iis, quæ in capite præcedenti adducta  
sunt, eluceat in causis criminalibus nominationem  
autoris non esse admittendam, neutquam tamen  
statuendum, regulam esse istam universalem, potius exem-  
plis subsequentibus edocebitur, nominationem autoris vel  
omni vel pœna ordinaria tollendæ, vel inquisitioni remo-  
venda sufficere.

## §. II.

Sic de dorminente delinquentे constat, quod à pœ-  
na regulariter immunis sit, cum dormientis factum po-  
tius sit factum naturæ operantis, & dormiens aliqui com-  
paretur infanti L. 1. §. 3. de Acquir vel Amitt. Poss. Hinc stu-  
pro, adulterio, incestu cum muliere dormiente commis-  
so, (siquidem à Facultate Medica Lipsiensi, dari somnum  
arctissimum, in quo concubitus cum scemina, ea non  
sentiente, consumi possit, testimonia prostant,) hac excu-  
fatur à pœna præstito Purgatorio, se somno tam arcto op-  
pressam fuisse, ut vim pudicitiae illatam non senserit; stu-  
prato

E

prator vero adulterans & incestum committens tanquam autor delicti solammodo punitur. Exempla ejusmodi adduxit Illustr. de Berger in *Jurisprud. Crim.* unum, ubi virgo sedens nec sentiens fuit vitiata: alterum, ubi vitricus antegressis minis: ex wolle der Stieff-Dochter einen Pesssen thun, in lecto tandem sternentem nec persentientem imprægnavit, quam posteriorem, præstito jurejurando, Ordo Vitebergensis à Pratorio Roswinensi consultus absolvit non ab inquisitione tantum, sed etiam ab expensis in inquisitionem factis: & denique tertium, ubi virgo lecto inceumbens in sopore solutis vinculis virginitatis vitiata & imprægnata, persoluto juramento se neque tactum nec actum sensisse, absoluta fuit. Evolvatur Thomasius de *Jure circa somnia* & Adrian Beyer de eo, quod circa dormientes iustum.

## §. III.

Idem exemplum nobis præbet jussus, nam qui jussu parentum, quibus parere necesse est, filius vel filia deliquit, in delictis levioribus ad autorem provocare & probato parentum jussu se excusare potest a poena L. 137. L. 167. §. 1. L. 169. ff. d. R. I. L. 1. n. §. ult. d. bis qui notantur *Infamia*. Lauterb. de *Voluntate Thef. o. 5. 7.* Theodoricus in *Colleg. Crim. Cap. I. aph. 27. n. 21.* In atrocioribus autem, in modo in atrocissimo quoque crimine patricidii, jussum parentum revelare filium à poena ordinaria asserit Carpzovius *Crim. Qu. 18. n. 45. 46.* Sed tamen hoc cum grano salis & moderamine accipiendo, ut liberi jussu parentum id, vel simile quippiam communentes non in totum, sed in tantum faltem scil. ex parte quodammodo à poena ordinaria, si non quoad gradum, tamen quoad modum & exacerbationem poenæ excusentur. L. 4. §. qui filium ff. d. R. M. L. 2. C. d. se-pulcro viol. arg. L. 8. C. ad L. Jul. d. vi publ. Test. Carpz. *Qu. Crim. 18. n. 52. 53.* add. Welenbec. add. L. 157. §. 169. d. R. J. Menoch. A. J. Quest. L. 2. cas. 354. n. 41. Enimvero L. 167. §. L. 169. d. R. J. disponens quod culpa ejus nulla sit, qui parere necesse habet, indifferentia, minime vero turpia & in-honesta respicit, vel etiam secundum soleniorem distinc-tio-

ctionem in levioribus delictis tantum procedit, ut ignoscatur illis, qui iussa non modo parentum, sed etiam illorum, qui parentum loco sunt, Tutorum, Curatorum &c. sunt executi L. 157. pr. ff. d. R. J. L. 11. §. fin. L. 12. ff. d. hic, qui not. infam. L. 37. ff. ad L. Aquil. Quia de filio ad iussum parentum peccante haec tenus adducta fuere, ex paritate rationis ad subditum pracepto Magistratus delinquentem applicatur. arg. d. L. 157. 167. 169. d. R. J. Imo etiam in servo iussum Domini turpem & in honestum exequente observanda veniunt. L. 2. §. 1. ff. d. Noxal. Act. ibi. Nihil delinquisse seruum, qui domino iubenti obtemperavit. Attamen hoc ad servos & famulos nostros aliter non extendendum, nisi in his vis minaque à dominis adhibita concurrant, ubi provocando ad autorem mitigationem poenæ merito sentiantur; vid. Wefenb. d. l. Ant. Matth. de Crim. L. 84. ff. Tit. 18. C. 4. n. 14. ubi exempla hujuscemodi obvia sunt. De milite ad iussum Ducis seu superioris sui delinquente infra dabitur occasio, verba faciendi.

## §. IV.

Tessis in Judicium vocatus & a Magistratu de crimine divulgato interrogatus effati sui, quo alteri factum turpe imputat, non patitur poenam, quia iste non sponte, sed ad mandatum Judicis depositum, cui si inobediens ad testificandum compelli potest. L. 8. ff. d. Test. & Tot. Tit. X. de Testibus idque fecit quod sui est officii, hoc vero nemini damnosum esse debet. L. 7. ff. test. qu. aper. animusque injuriandi cessat, si itaque alter, contra quem tessis depositum, injuriarum agere vellet, ad judicem tessis, tanquam ad autorem, provocare potest. Estque eadem ratio delatoris juramento ad denunciandum adstricti, qui, si certi criminis aliquem reum dixerit, licet postea hoc non probetur & inculpatus innocens reperiatur, non videtur dolo male denunciaisse, quia, quicquid agit, non volens agit, sed monente officii follicitudine, cuius etiam necessitas eu in omnibus excusat L. 167. j. L. 137. d. R. J. L. 5. §. 13. & L. 2. C. de Delat. Bald. Conf. 351. Lib. 5. quo nomine & Titulo

lo conspicui sunt in Jure nostro Irenarcha, ob quietis pa-  
cisque concordiam ita dicti, L. 6. §. 3. ff. ad SCt. Turpill. L.  
6. ff. d. Custod. Recrum. Curiosi seu Curagentarii in L. 1.C.  
Theod. de Curiosis Stationarii, tot tit Cod. Lib. 12. Speculatores  
in L. 6. ff. d. Bon. dann. qui omnes in L. 63. ff. ad SCt. Turpill.  
appellantur Nunciatores, iisque necessarii, qui officii ergo  
delicta haud dissimulare debent. Et sicuti in numerum  
necessariorum propter Legis necessitatem quotammodo  
computandi sacerdotes; ita & illi, qui adhibitis admoni-  
tionum gradibus aliquem pro concione publica reprehendunt,  
non tenentur injuriarum, sed ipsum, in quem inve-  
hantur, tanquam autorem tuto allegant, Vid. Simon de A-  
ctione injuriarum adversus sacerdotes competente.

## §. V.

Licet vero, ut supra Capite IIlo monitum, libellos fa-  
mosos seu Pasquillos legentes & invenientes, non vero sta-  
tim comburentes, dilacerantes aut magistratui offeren-  
tes, sed dolose in publicum proferentes eidem poena,  
quam & patitur auctor subiecti debeatur, id tamen hodie  
secundum observantiam forensim in divulgatore &  
inventore, modo indicia & presumptiones se auctorem non  
esse diluat & removeat, temperatur. Carpz. Qu. 98. n. 17.  
cum seqq. & Struv. Ex 48. tb. 79. Itaque pena mitior obtinet.  
Carpz. Pr. Crim. P. 2. qu. 98. Levior etiam poena eum ma-  
net, qui pasquillum ab alio compositum ex quadam cu-  
rioitate, ut inde exemplum retinendi non divulgandi a-  
nimо sumeret, descripsit. Menoch. d. A. J. L. 2. c. 3. cas. 263.  
n. 40. Nullam vero prorsus incurvant poenam Bibliopo-  
la ementes in Nundinis scriptum, quod pro famoso habe-  
tur libello, tum ob defectum doli, qui ex licita, publica, nec  
non mutua librorum emitione non presumitur, sed aliun-  
de probari debet, tum quia ipsi bibliopolæ non tenentur  
singulos, quos emunt, libros perlegere, cum finis eorum  
sit, libros divendere & quidem lucri causa, unde facit pro  
iis presumptio, quod non tam nocendi animo, quam res  
& negotia sua agendi libros istos, qui pro famolis habentur,  
eme-

emerint. Colerus p. i. Dec. 154. n. 6. & 7. Quinimo nominans & indicans autorem libri famosi seu Pasquilli præmium pro arbitrio Judicis accipit L. 5. §. fin. ff. d. Injur. quod dabatur olim ex bonis ictiis autoris, vel etiam libertas pro præmio. Brunn. ad L. 9. ff. de Inj. n. 8. ob publicam utilitatem, ut alicerentur consciæ ad detegendum crimen.

## §. VI.

Evidem incarceratus delinquens, si carcerem effregerit & ipse reus sit criminis capitalis, ultimo supplicio punitur L. 1. ff. de Effract. modo hujus prius convictus sit: Lau-terb. ad tit. ff. d. Effract. p. 676. Illufr. Lud. Menck. in Theor. & Pr. ff. b. t. p. 1507. fin vero delicti non capitalis ergo in vinculis detentus fuerit, mitius punitur, arg. L. 1. ff. de Effract. & L. 13. ff. d. cust. & exhib. reor. Petr. Theod. in Colleg. Crim. c. 3. tb. 16. lit. d. His in casibus hodie econtra obtinet pena arbitraria, & nisi aliud crimen accedat, ob solam effractionem ultra fustigationem non potest perveniri; Sed enim vero ubi vel injuste vel indebite incarceratus, vel periculum incendiū adsit, vel alias in evidenti mortis periculo injuste positus, dum iniustum Judicem justis ex rationibus timet, & etiam de carceris injustitia constat, nec tamen potestas superiorum judicem adeundi conceditur, impunem plane esse effractionem, & judicem pro autore omnis mali reputandum, attestantur Doctores Criminalista. Et ubi etiam non ab ipso incarceratedo vis illata carceri, sed vel a Custode seu a Commentariensi, vel ab extraneo, aufugiens his casibus hisce nominatis autoribus excusat, levi poena ipsum manente. Dn. Jo. Joach. Schœpfer in Synops. Jur. Tit. ff. d. Concuss. u. 17. pag. 724. & Georg. Ad. Struv. in Synt. Jur. Civ. Exerc. 48. tb. 107. p. m. 931. nulla habita ratione fallacissimi argumenti a fuga ad dissidentiam causa, multo magis bene attenta doctrina. Carpz Pr. Crim. P. III. qu. 120. Nic. Bœrii Decis. 215. n. 29. Andr. Gail. L. 2. Obs. 109. Joh. Mascard. d. Prob. Vol. 2. Concl. 819. statuentium, quod fatius sit, qui cum in flatione libera innocentiam deducere possit, pro libertate servitutem eligat. Et potius oblata

oblata commoda occasione metu carceris & vexationis, quam conscientia delicti quis aufugisse videtur. Mynt. Cent. 6. Obf. 98. n. 2. Quippe tadium carceris inter sufficienes causas discessus computatur, quia scilicet carcer cruciatus quidam corporis est, & lata significatione tormentum comprehendit, adeoque mirum non est, si quis quovis modo evadere laborat, maxime si diu in carcere detinetur. Reyger. in Thes. Jur. T. I. verb. Care. n. 26. Dn. Petr. Müller. in Disp. de Fuga C. 2. §. 6. Et sic ignoscendum ei, qui evadendi occasione oblata usus est. Brunn. ad L. i. ff. de effraſt. Iste vero, qui adductis posterioribus duobus casibus auctor effractionis est, Commentariensis, five custos carceris, si dolum admiserit, eadem pena, quam meritus est is, qui aufugit, afficitur, L. 4. C. de Cust. reor, quem tamen ut supra dictum hodie regulariter ultra fustigatio nem non extenditur. Mand. Reg. El. Sax. Noviss. Duell. d. 2. Julii 1712. §. 5b. Excell. Dn. Mencken. in Theor. & Prax. Pand. p. 1508. Dn. Georg. Beyer ad Ord. Crim. art. 180. p. 221. Sin culpam, arbitrarie, pro qualitate culpa punitur. L. 8. 12. ff. d. Custod. reor. Ord. Crim. art. 180. Dn. Beyer ad dict. art. ps. 2. p. 221. Extranei effractio pro ratione circumstantiarum & facinoris vel pro specie fracta pacis publica habetur, & tunc gladio punitur. Conf. Carpz. in Proc. Crim. qu. 35. n. 39. vel si sine vi armata facta fuerit arbitrarie tantum punitur. Arg. L. i. §. fin. ff. de Effract. Carpz. in Proc. Crim. qu. 3. n. 85. & 96.

## §. VII.

Cessat poena capitalis adulterii, si alter conjux conjugem adulteram prius malitiose defruerit, & quidem indistincte five corpore, Carpz. Qu. Crim. 58. n. 15. 16. seqq. nulla honesta causa coactus nec impeditus, five animo diuitius absit, i. e. si faviens in conjugem istam a se abigeat, vel debitum conjugale praestare recusat. id. Carpz. qu. 61. n. 21. Excell. Dn. Troppaneger Diss. de mitig. pena adulterii ob deneg. concub. Quum enim uxores conjugalis istius beneficii semel participes factae contra natura fervorem difficult-

ficulter resistere possint v. Nov. 2. c. 3. & maxima in eo constituta uxorum cupiditas. L. 2. C. d. Indic. Vid. roll. Nov. 39. c. 2. maximumque ac præcipuum earum munus concepire & conceptum tueri, L. 14. §. 1. ff. de Edil. Edicto. maritus uxorem suam deferens, vel in istam saviens & conjugale debitum detectans sciens hujus concupiscentiam, hoc ipso disponit quasi eam, ut fiat adultera; Et sic iste auctor delicti dicitur, occasionem enim damni dans ipsum damnum dedisse videtur; Boer. Dec. 197. n. 15. unde uxor liberatur à poena adulterii ordinaria. Nec minus marito amplexus & corpus suum denegans, aut alias istum defers uxor facit, ut libido cogat virum aliam appetere, quam dum appetit criminis adulterii fæse commaculans provocando ad uxorem suam, tanquam autorem criminis, poenam expectat extraordinariam. Quare marito, in quem jus ac potestatem sui corporis transtulit uxori, non tantum amplexus non denegare debet conjugales. I. Corinth. 7. v. 4. sed etiam eidem modestè obviam ire dicendo: Domine adsum, impera quicquid vis, nec tibi ero in mora, neque latebrose me abs tuo conspectu occultabo. Plaut. in Trium act. 2. Scen. 2. Liberatur quoque a poenâ adulterii ordinaria solitus cum conjugata meretricio more viante, qui rem habuit. L. 22. 29. C. ad L. Jul. d. adul. L. 13. §. 2. ff. d. adul. Carpz. in Proc. Crim. Pr. 2. qu. 57. ista enim autor delicti & pellexisse adulterum præsumitur. Brunn. add. L. 22. C. ad L. Jul. Richter P. 2. Dec. 38. n. 51. ad quam exceptionem à Serenissimo milictam 20. floren. dictatam esse Granzius in Defens. Inquis. P. 2. p. 342. n. II. attestatur. Quod tamen secus in Electoratu Saxonie per Decr. 83. ibique Philippi, si intercessio & remissio conjugis non superveniat; sic etiam poena mitigatur adulterii propter separationem factam à thoro & mensa. Bened. Carpz. P. 2. qu. 61. n. 53. seqq. & qu. 60. n. 62. conf. Bardili Diffr. Jurid. de separ. Cobabit. §. 32. Inde conjugi adultero, quod ad separationem innocentis, solam perpetuam relegationem, nocenti verò fustigationem, & correo soluto tantummodo

do perpetuam relegationem dictari docet Dnus à Berger  
in *Oecon. Jur.* p. 823. not. 13. item Joh. Brunnenm. *Cent. 3. Dec.*  
96. Ratio hujus asserti utique insimul in eo collocanda,  
quod conjux separans se ab alterā causam dedito censetur  
huic adulterio, adeoque veluti autor ejusdem existit. Mi-  
tigatur quoque poena adulterii ordinaria ob causam impo-  
tentiae coeundi alterius conjugis. *Carpz. P. 2. qu. 61. n. 14.*  
*seqq.* Et pari ratione poena ordinaria statuenda impedi-  
mentum asserti conjux ob furorem, lepram, vel alium  
morbū sōticū, eumque continuū, conjugi sua mi-  
nus cohabitanda. *Carpz. qu. 61. n. 30. seqq.* Excusat etiam  
idem supplicii genus propter alterius conjugis conditio-  
nem seu vivendi rationem culpabilem e. g. quando altera  
conjux prius fedus conjugale violavit, *Carpz. qu. 55. n. 70.*  
*seqq.* & *qu. 62. n. 74.* existente tunc causā dissolutionis & sub-  
latā formā conjugii, *Id. qu. 61. n. 74. 75.* paria enim delicta  
mutua compensatione tolluntur. *L. 39. § 47. ff. solut. Mar.* Mo-  
do utraque pars de adulterio confessa vel convicta fue-  
rit. *Carpz. d. l. n. 47.* Mitiori poena dignus cum illa con-  
cubens, quam antea quoque adulterii ream fuisse ac  
idem crimen aum aliis perpetrasse constat: cum persona  
conjugata jam antea quoque crimine adulterii commacu-  
lata respectu alterius personæ adulterantis pro soluta ha-  
beatur, vid. *Carpz. Quest. Crim. 57. per tot. nec non literæ re-  
sponsorie Dnorum JČtorum Wittenbergensium super hoc casu a Dnis  
Seabinis Lipsiensibus consultorum, quas verbotenus refert Hart-  
mann. Pistor. Obf. 32. n. 59.* Inscius quoque uxoris sua so-  
rorem in lecto suo deprehensam cognoscens excusat  
ab adulterio in *C. 6. 34. Quest. 1. § 2.* illa vero auctor deli-  
cti poenam luit. Ignoranter equidem delinquens caret  
dolo, sine quo locus nou esse potest poenæ, nedum ordi-  
nariae cuiusvis delicti, vera quippe ac divina prope omni-  
um sententia: delictum fine dolo commissum nunquam  
puniri. *L. 1. ff. ad L. Corn. de Sic. L. 5. ff. L. 10. L. 40. ff. d. Pœn.*

## §. VIII.

Quum de adulterio nobis fuerit sermo, an non in cri-  
mine

mine bigamie aliquod occurrat exemplum auctoris deli-  
 citi cum successu nominari expendere juvabit. Tale ve-  
 rò in promptu est, nam si mas, vel scemina, cum alterius  
 uxore vel marito matrimonium ineat, ignorans perso-  
 nam esse conjugatam, ab omni pena immunitis declaran-  
 dus. *Conf. Elec. 20. §. fin. verb.* Und der unschuldige Theil.  
 Joh. Brunnen. in Proc. Inquis. c. 9. n. 44. Dn. à Berger *Elec.*  
*Crim. p. 139.* Persona vero prius conjugata, conicia & au-  
 tor criminis capitali supplicio punitur, quæ tamen poena  
 mitigatur ob intercessionem partis innocentis extra & in  
 Saxonia Electorali. Illustr. Dnus a Berger d. l. p. 136. in Oc-  
 con. Jur. L. 3. Tit. II. p. 828. Illustr. Wernherus P. I. Obs. 153.  
 p. 185. & Obs. 189. p. 321. Illustr. Gribner de intercessione in del.  
 carnis, licet contrarium defendat Carpzovius P. 4. Conf. 20.  
 Def. 4. Sin autem talis persona alterum conjugem absen-  
 tem esse mortuum certe credit & sic alii nubat, quia te-  
 stes fide digni juraverunt illum obiisse, expers manet omnis  
 poena. *Not. 117. Cap. 8. & Art. Hadii &c. C. de Repud.* Si  
 quidem & bigamia tunc demum intelligitur, si dolo con-  
 tracta, per *Conf. Carol. Crim. Art. 121.* extantibus autem de  
 obitu testibus cessat dolus, & cum ad hos tanquam auto-  
 res delicti provocare possit inculpata, in totum venit ab-  
 solvenda. *L. 19. C. ad L. Jul. d. Adult. L. 11. & L. pen. ff. eod.*  
 add. Carpz. in *Resp. Conf. L. 2. Tit. 9. Def. 166. seqq.* Imo &  
 partus ex tali bigamia editus nulla macula aspergitur, sive  
 uterque contrahentium in bona fide fuerit, sive alterius  
 tantum partis bona fides concurrat *L. 57. ff. d. R. N. c. 2. X.*  
 qui fil. sint legit. conf. Hahn ad Wesenbec. *Tit. de his, qui*  
*not. infam. n. 2.* ubi præjudicio hæc sententia illustratur.  
 Caterum ad easdem causas, propter quas adulterii reos  
 declinare posse ordinariam penam supra memini, non est  
 dubium, quin in criminis bigamiae provocari possit, siquidem  
 ab adulterio simplici ad bigamiam ceteris paribus ar-  
 gumentari licet, conf. Bened. Carpz. in Proc. Crim. qu. 66. n.  
 02. in primis vero Illustr. Gribner d. l.

F

§. IX.

## §. IX.

Quemadmodum verò criminis incestus maxima cognatio intercedit cum adulterio & stupro, ita & quod nominationem auctoris attinet, similem quandam rationem animadvertere licet. Quippe criminis incestus rea pœna mitiori coeretur, si ad persuasionem & minas patris, cui parere necesse habet, seducta fuerit, nempe fustigatione & perpetua relegatione, Carpz. Pr. Crim. P. 2. qu. 72. n. 74. Idque eo magis si simplicitas filiæ vel imbecillitas ætatis concurrat. Const. Elect. Sax. 22. § 23. P. 4. add. Wolfgang. Textor. in Prax. Judic. P. 2. c. 12. n. 89. Pater scilicet hic autor delicti reputatur, quare filiæ eo facilius hac ex parte nonnihil condonandum. Adjiciendum est & hoc exemplum, si duo fratres ignorantes unam eandemque foemina carnaliter cognoverint, foemina quidem sciens illos esse fratres eosque admittens, pœna fustigationis coeretur addita perpetua relegatione, fratres vero, quorum neuter alterius delictum scivit, nec foemina iis quicquid certum fecerit, pœna supri felicet Carreris afficiuntur; eadem hic subest ratio, quia foemina fratrem alterum de concubitu cum fratre peracto certiore non fecerit. Carpz. Pr. Crim. P. 2. qu. 74. n. 96. § 97. Qualem casum haut ita pridem coram Judicio quodam Lipsiensi cum allatis circumstantiis, & modo defensionis iisdemque obtentis pœnis contigisse novimus.

## §. X.

Rapta perque vim ex uno loco in alium abducta stupro ipsi à raptore illato, sive consanguinea, sive affinis istius fuerit, excusatur, inò Jure civili ipsi bona raptoris applicantur. L. un. C. d. Rapt. Virg. quæ vero pœna, ob odium bonorum ablotionis, hodie raro usurpatur, & sic raptor solummodo tenetur pœna, quæ ipsi tum Carolino, tum Saxonico præscripta, capitali scilicet gladii, L. un. C. de

*de Rapt. Virg. Ord. Crim. 118. Daniel. Classen. ad Confit. Crim. art. 118. p. 472. & Matth. Berlich. P. s. Concl. 41.* Sive abducta fuerit antea meretrix, sive persona honesta. *Licet enim juxta alleg. Ord. Crimin. art. 118. verb. universitatemque Jungfrauen, raptus requirat personam honestam, adeo, ut excludantur meretrices, in quas hoc crimen non committitur. a. L. un. C. d. rapt. Virg. Brunnen. ad dict. Legem un. C. d. rapt. Virg. n. s.* Si tamen meretrici secundum abducta violento modo stuprum intulerit abducens, capitalis poena ipsum Jure Saxonico manet. *Conf. Elect. 30. P. 4.* Quia & afficiuntur quisquis raptus est conscius & minister adjutorve extra rapinæ actum vel raptoris suscep-  
tor. *d. l. un. §. 2.* Hodie vero iis, quia auxilium & ministerium praefiterunt, non semper capitalis, sed arbitraria poena infligitur, unde relegationem quinquennii dictam esse illustr. Lud. Mencken. in *Theor. & Pr. ff. p. 1557.* monet, conf. Petr. Theodor. *Colleg. Crim. c. 6. apb. 8. n. 21.*

§ 22.

## §. XI.

Hisce proxime accedit ratio & dispositio Juris in crimine stupri violenti, quod modo tetigisse occasio fuit. Quapropter mulier armis atque minis coacta, licet in consummationem libidinis consenserit, nominando & degendo autorem ab omni poena liberatur, *Carpz. Qu. Crim. 75. n. 76. seqq.* Imo etiam mulier de nocte adulterata & per vim oppressa, quod non ausa clamare, licet sic ejus metus conditionalis saltum fuerit & non praecisus, minimè tamen ad violentum stupratorem tanquam autorem provocando punitur ut adultera, nec perdit dotem. *Vivius L. 2. Decis. 241. n. 36. p. 282.* Unde eo magis hac exceptione tutæ sunt, quæ neque consensum suum in libidinem prodidere, nec quicquam intermisere, quo evadere, vel alias periculum effugere possint. At enim vero stupratores hujusmodi ob attentatum quidem arbitra-

F 2

rie,

riē, Ord. Crim. art. 119. sed ob consummatum capite plectantur. Ord. Crim. art. 119. Conf. Elect. Sax. 30. P. 4. præcipue cum puellas 12. annis minores vi stupraverint. Conf. Elect. Sax. 31. P. 4. Neque expectant mitigationem poenæ nisi stuprata intercedat arg. C. fin. X. de Rapt. Carpz. P. 4. Confit. 30. Def. 7. Joh. Brunnem. d. Jur. Eccles. L. 2. cap. 1. §. 27. p. 200. Sigm. Finckelth. Obs. 114. ibique Prajudicium.

## §. XII.

In capite præcedenti nonnunquam homicidis nullum praesidium in nominatione autoris repositum esse evictum fuit; Jam vero nonnunquam ad eandem tanquam ad tutissimum asylum eos confugere posse, erit indicandum. Sic enim, si quis in tumultu plurimum occisus, solus vero autor aliquis nominari possit, & de illo certe confest, teneatur autor poenæ homicidij, ceteri vero, licet armati rixa interfuere & simul percusserint, arbitaria saltē mulctā; vel carcere, vel relegatione puniuntur. Ord. Crim. 147. Excell. Dn. Wernher. Tit. ff. ad Leg. Corn. de sciar. §. 3. p. 402. & B. Dn. Beyer ad Ord. Crim. art. 146. §. 150. pf. 19. 20. modo tumultuantes non per conspirationem occidentur, ut jam supra monitum, hoc enim casu omnes capite privantur, sive unus sive omnes vulnera inflixerint, & sive de auctore vulneris lethalis constet, sive non. Ordin. Crim. art. 148. Illustr. Dn. a Berger in Oeon. Juris L. 3. Tit. II. p. 835. Sin vero aliqui mere casu fortuito ad tumultum istiusmodi advenere nihil cooperati, nec quicquam attentantes, exceptione autorum innocentiam suam intactam tuerintur, nihil adversi experturi. Conf. El. Sax. 7. P. 4. ibi: Jedoch wo es sich befindet, daß etliche nicht mit zugeschlagen, sondern unschuldig wären, die geniesen ihre Unschuld billig. Neque dubium mihi superesse videtur, quin, licet singuli vulnera lethale inflixerint, si modo de autore primi vulneris constet, ceteri poenæ ordinaria eximantur. conf. Beyer

Beyer ad Ord. Crim. art. 146. § 150. Pos. 23. 24. 25. 26. pag. 188.  
 arg. L. 17. ff. ad L. Corn. de Sicar. utut alii contrariae sint opinio-  
 nis. Mitigat quoque poenam homicidii, quando reus  
 demonstrare potest, quod occisus fuerit autor rixæ &  
 ipsum prius atrocissimis Injuriis lacerfiverit, simulque pu-  
 gno, baculo vel alio modo insultaverit, ita ut nunc per  
 imperium & iram minus affectatam maxime perturbatus  
 insultantem interficerit. Vid. Ord. Crim. art. 137. inter für-  
 segl. Mord, und den, so aus Sachheit und Zorn geschehen ex-  
 presso distingvens. L. 38. §. 5. ff. ad L. Jul. de Adult. L. 4. C.  
 eod. C. i. verb. ipsa iracundia calore ducta de his, qui fil. occid.  
 Can. si qua 43. disp. 1. ubi mentio casus foeminae ex ira pe-  
 dissequam occidentis. Carpz. qu. 30. n. 19. qu. 68. Hinc  
 merito excusat, non quidem ut omnis poena cesset, sed  
 tantum ut ordinariae eximatur. And. Gail. L. 2. Obs. 110. n.  
 15. Philipp. in not. ad L. 98. n. 7. ff. d. R. J. Dav. Mey. P. 8.  
 Decr. 118. laudatus Carpz. qu. 33. n. 31. Quomodo vero  
 auctor rixæ demonstrandus, si de hoc per testes vel aliunde  
 clare non constet, quisve ille in dubio præsumendus,  
 leges & Dd. undique docent. Sic enim Ord. Crim. art.  
 143. verb. in solchen Fällen ist anzusehen der gute und böse Stand  
 jeder Person, attendi vult, ut si aliquis ex pluribus inquisitis,  
 qui tragicæ tali rixa interfuerit, melioris praeter easteris vita  
 & famæ sit, non ille, sed alii questioni subjici debent,  
 semper enim aquum est, ut sinceritas boni nominis bono  
 sit patrocinio: Damhouderus in Pr. rer. crim. cap. 76. num.  
 29. seqq. Carpz. Qv. Crim. 33. n. 54. Et quod homo natura  
 sua contentiosus, prater morem armatus, in locum, ubi  
 postmodum rixa facta, se conferens, ab altero alio tem-  
 pore injuria affectus, præsumatur auctor rixæ, indicat Carp-  
 zov. P. 1. Qv. 25. n. 38. Manzk. ad Conf. Crim. art. 34. Gail.  
 L. 2. Obs. 109. n. 3. conf. Tob. Granz. in Defens. Inquis. p. 256.  
 n. 1. usque ad n. 40. P. 2. p. 282. n. 37. seqq. ubi fuisse legere  
 & discere licet, quæ de hac materia unquam desiderari  
 possunt. Sed quaritur an miles accepta alapa aliquem occi-  
 dens,

cidens, quem tamen se aliter defendere potuisset, excipiendo, autorem occisum fuisse, a pena homicidii se defendere possit? quod affirmant Damhoud. *Prax. Crim. Arg.* n. 3. Farin. *Qv.* 175. n. 362. Berlich. *P. 4. Concl.* 13. n 67. add. Richter *P. 5. Conf.* 20. n. 9. § 10. ubi ad dicterium illud Germanorum: auf eine Maulschelle gehöret ein Dolch; si scilicet cum milite agatur, provocat. Siquidem inter milites alapa gravior offensa dicitur, quam vulnerum illatio. Farin. *Qv.* 105. n. 207. Et sic quoque quando miles ad mandatum superioris, vel ipsius ducis aliquem occidit, iste mitiori pena quam homicidii afficitur. Hinc cum aliquando miles gregarius ad iussum cuiusdam, officialis locum tenentis, rusticum se proripientem & viam ulterius monstrare nolentem occiderat, Facultatem Francofurensem pronuniasse, officialem ultimo supplicio, militem arbitrarie puniendum esse: quod in re iniqua & militiam non concernente adeo facilis ad obsequium fuerit, & hanc sententiam executioni quoque datam fuisse Dn. Stryck. *de Imp. fact. al. C. 5. n. 46.* attestatur. Qua exceptione pro re nata militem ad iussum superioris delinquentem ad sui defensionem & declinandam penam ordinariam ubique frui posse nullum occurrit dubium. In homicidio necessario maximum locum sibi vindicat Nominatio autoris. Nam cum reus ibidem probare & deducere necesse habeat, hoc ad sui defensionem commisisse, omniaque requisita, qua ad moderamen inculpatæ tutela pertineant observasse, *Conf. Et. 8. P. 4. L. 2. C. ad Leg. Corn. d. sciar. Ordin. Crim. Art.* 139. usque 145. sic occisum, tanquam necis autorem indicat & liberatur ab omni pena. *Ord. Crim. art.* 139. Eadem ratio, si quis defensionem extranei aut suorum vita & bonorum in se suscipiat, aggressorem postea necando. *Ord. Crim. art.* 150. ibi. so einer zur Errettung eines andern Leib und Leben, oder Guib jemanden erschlägt. Bened. Carpz. *Qv.* 32. n. 9. § 14. Georg. Ad. Struv. *Obs. crim. c. 8. Obs. 7.* Beyer. *ad Ord. Crim. Pef. 4.*

§ XIII.

§. XIII.

Mittimus iam homicidium, ac quomodo in criminis Residui nominatio autoris procedat, perpendere consti-tuimus. Occurrit hic officialis, seu administrator pecu-nia publica, qui ex facto ministri seu famuli sui pecuniam publicam intercipientis obligatur quidem ad restitu-tionem, nominando vero famulum suum tanquam auto-rem delicti, ab omni poena se liberat. Illusfr. a Berger in *El. Crim. P. 2. p. 98.* qua alias in criminis residui jure civili & Imperii tertia pars interversa summa L. 4. §. 5. ff. ad L. Jul. peculiarat. Jure Saxonico communis mitior, quam sus-pendii, Christ. Blumbach. ad *Ord. Crim. art. 170.* Jure au-tem Saxonico Electorali. ix. *Conf. Elec. 4r. P. 4.* & *Mand. Reg. de An. 1705.* von anvertrauten Guthe, quoties residuum 100. floren. Misericordia continet, aut excedit, laqueus, si vero residuum est 50. floren. majus, sed tamen 100. nondum tangit, fustigatio cum perpetua relegatione. Quippe quum autorem constet peccata & poenam ipsum tenere L. 22. C. de pan.

§. XIV.

Lictoribus etiam Nominatione & Probatione autoris sese excusandi & purgandi tribuitur facultas, si Maleficum praeципue atrocissimi criminis reum violenter & acriter vel armis resistentem vulnerent, vel plane occident, ob L. 2. & L. si quis percussorem. C. ad. L. Corin. d. sciar. Idque in-primis si ex praepostero Zelo a Judicibus in mandatis ac-cepérunt, ut Maleficum, vel vivum vel mortuum, den-  
Thater tod oder lebendig, stistant. Sic enim partim ad ma-leficum, partim ad judicem mandantem provocare valent, ac facti sui nullam lauant poenam L. 4. C. de his, qui ad Eccl. Gail. L. 2. Obs. 110. Farinac. Qu. 32. n. 39. seqq. adde Blum-bacher. ad. *Ord. Crim. art. 150.*

§. XV.

## §. XV.

Rei furtivæ penes aliquem mala famæ, præsertim sub clausuris inventa supra facta fuit mentio, ibique demonstratum, quod ejusmodi occultans & possessor rei furtivæ vix ac ne vix quidem Nominatione autoris se liberare possit ab indicio, contra ipsum fortiter pugnante, furti, vel ab ipso commissi, vel ope & auxilio ipsius promoti, vel ad minimum scienter recepti & lucrum afferentis. *L. 2. C. de fur.* *Const. Crim. Car. art. 43. § 38.* Nunc verò opera pretium erit deducere, quod possessori rei furtivæ nonnunquam omnem suspicionem delicti nominando autorem purgari detur. Quum enim ini-  
quuna foret, si ex sola inventione rei furtivæ aut raptæ vir integer & bonus statim præsumi debeat fur aut latro & propterea torturae subjici, *arg. L. 5. §. 6. ff. de Re Milit.* Sic multo magis ad nominationem autoris admittitur, quo nominato & probato, ob cessantem suprà §. 7. Cap. 2. allatam rationem necessarij & ipsa dispositio dictorum Articulorum 38. § 43. *Const. Crim. cessat.* Nihilque inter-est, nominet aut probet ejusmodi bonæ vita & famæ possessor autorem in individuo, vel etiam in genere e. g. fe res istas bonâ fide enisse in taberna publica, aut in foro & nundinis, ubi communiter res ejusmodi vendi soleant. *arg. L. pr. §. 1. § 2. ff. ad SCt. Maced.* *L. 5. C. d. Furtis L. fin. post n. 5. ff. d. Quest. Macard. d. Probat. Concl. 833. n. 1. § 4. Vol. 2. Rol. à Voll. Conf. 45. n. 39. seqq. Part. I.* In quantum enim ultimo in casu gravatur ipsius rei furtivæ possessione, in tantum sublevatur sua bona existimatione, quippe indicia indicii bene absorbentur. Et ejusmodi vir bonus non præsumitur, quid velle, vel voluisse facere, quod est illicitum & prohibitum. *Barthol. in L. 7. ff. de Comit. inf. Bald. in L. fin. C. de Jur. lib. L. non omnes §. à Barbaris ff. de Re Milit.* Inde nec pro fure habetur, multo minus ex eo solo, quod res apud ipsum, indicium ad tor-

torturam oboritur. Jul. Clar. Praef. Crim. §. 21. v. si res fura  
rata Rol. a Voll. dict. Conf. 45. n. 48. Praesertim hacce No-  
minatio exculcationem præbet, si res reperta est apud ali-  
quem bona conditionis, qui solitus est emere & vende-  
re tales res mobiles, illamque palam teneat, e. g. aurifa-  
ber & alii artifices & opifices, item Proxeneta, quorum  
quotidiana negotia iisdem cum rebus, quæ furto jam sub-  
tractæ esse dicuntur. Gomez. Var. Refol. Tom. 3. C. 13. n. 21.  
Jul. Clar. L. 5. §. furtum Qu. 21. in fine. Vigel. C. 4. Qu. 1. in ini-  
dicio furti Ex. 1. Sic primum mihi adeunt Praxini judicia-  
riam ante sex annos felici auspicio casus obtigit, quo Pro-  
xeneta feminæ A. H. coram Concilio Academico Lipsi-  
ensi Criminis Stellionatus rea, quem scilicet ab autonoma-  
tum fabro, Uhrmacher J. D. G. haud exiguum numerum  
magi pretiæ horologiorum aureorum & argenteorum,  
qua huic ad refectionem ab aliis concredita fuerant, op-  
pignorandi & procurandi pecuniam causa accepit, &  
hic consumta pecunia impar oppignorata retulere fuga si-  
bi consulerit ab insultu dominorum horologiorum, in-  
carcerata per semestre anni spatium detinebatur & ipsi  
per sententiam ab Incolyta Facultate Juridica Lips. latam  
fraudem & imposturam jeramento in praesentia Clerico-  
rum præstante purgare injungebatur: Ast deinceps de-  
fensione a me elaborata, inque ea probata bona vita &  
fama inculpatæ, & ostensò vero ac solo autore delictis su-  
pra dicto J. D. G. subsequenti sententia Vitenbergenium  
Jctorum non solum ab Inquisitione, sed & omnibus ex-  
pensis plenissime absolvebatur, ipsi adhuc integrum ma-  
nente, an injuriam & damna vindicare & repetrere velit.  
Et sicuti quoque aliquando accidere potest, ut res furtiva  
in domo alicujus inventa vel a famulis sit subtracta vel ab  
alio, & in ædibus hisce reposita, vel etiam per fenestram  
in alterius Conclave immissa, Manzk. ad Conf. Crim. art.  
36. Carpz. Qu. Crim. 122. n. 46. Ita tantum abest, ut con-  
tra virum bonum & dominum adiunum cœco impetu fla-  
tim

G

tim subsumi liceat, rem istam furto aut rapina ab ipso  
 fuisse sublatam, ut potius nominando famulos, vel alios,  
 quos notitiam istius rei habere credit, ab omni suspicio-  
 ne intactus maneat. Quo haud inconvenienter applica-  
 re meretur *casus in L. 4. Cod. d. loc. & cond.* allatus &  
 decisus, quod scilicet domini horreorum & officinarum, qui  
 custodiā promiserant conductoribus, liberenturā suspi-  
 cione furti, si ista effracta & aliquid inde detractum fue-  
 rit, si nominant & indicant custodes. Pertinet etiam huc  
 casus, si scalæ alterius ad senestram cuiusdam domus ex  
 qua furto res quædam mox ablata sunt posita reperian-  
 tur. Hæ enim nullum indicium faciunt contra dominum  
 earundem, si nominare potest autorem doceatque  
 istas scalas v. g. Titio commodaſſe vel etiam donaſſe,  
 vendidiſſe, permutaſſe aut alio quovis modo poſſidere  
 deſiuſſe, aut hac nocte ſubtractaſſe ſibi eſſe. Non enim  
 ſufficit indicia & praſumptiones adverſus aliquem adere,  
 fed & rationes & cauſe ponderanda inſimulque diſqui-  
 rendum, num reus probabilitate eas elideare contrariaſque  
 adductis argumentis & praſumptionibus refutare ac tolle-  
 re queat. *Conf. Crim. art. 29. verb.* Mehr iſt zugedenzen ic. &  
*art. 29. junct. ratiōne art. 33. infinc.* Ex könnte den folgenden Ver-  
 dacht ic. Qualis casus nuperis diebus Lipsiæ accidit, ubi  
 scalæ turri, ſub voce Kuh. Thurn celebri, cuius inabitantib-  
 us nocte præcedenti res furto quædam ablata erant,  
 appositæ, eaque ad virum bona fama pertinentes de-  
 prehendebantur; Ille ſane cum eas ſibi quoque furtive  
 ſubtractas eſſe dicat, nihil adverſi habet, quod metuat.  
 Cum itaque quis ignoranter scalas vel ferramenta alicui  
 ad furandum commodaſſerit, nec torturam nec poenam  
 incurrire potest. *per L. 53. & L. 54. §. 4. Verb. sciens ff. de*  
*Furt.* Sed tenet ipsa autorem, qui vel nominatione a  
 commodaſſe facta, vel alias jamjam ſuspectus redditus  
 fuit. Quippe dum commodaſſans animum delinquendi non  
 habuit, neque delictum commiſſit. *Carpz. pr. Crim. P. I.*  
*qu.*

qu. 1. n. 17. Ubi vero nullum delictum ibi nulla poena, in delictis enim animus & voluntas attenditur, non exitus, L. 14. ss. ad L. Corn. de sciar. Gail. L. 2. Obs. 99. n. 6. Parilis ratio subest, quæ facit, quod contra virum honestum neque statim procedi nec inquire possit, si apud istum instrumenta effractoria reperiantur vel visa fuerint, cum enim talia multiplici fato ad ipsum pervenire potuerint, Carpz. Qu. Crim. 122. n. 54. & 57. liberatur à suspicione delicti vel nominando auctorem, à quo ista acceperit, vel simul detegendo causas & rationes delictum a parte ipsius abnegantes, præsertim cum de corpore delicti revera non constet, utpote, quod adesse præsumitur in Conf. Crim. Art. 43. ibi. Item so der Diebstahl mit sondern Sperr- oder Brech-Zeu-ge geschehen wäre.

### §. XVI.

Pariter ac in L. 4. ad L. Corn. de fals. qui falsis rescripti-  
nibus utuntur, liberantur innocentiam probantes & eum,  
a quo illas acceperunt, nominantes. Sic etiam de illo sta-  
tuendum, qui literas alienas aperuit, putans eas ad se esse  
datas, forte, quod nuncius aut tabellio has ipsi apportave-  
rit, & idem sibi propemodum nomen sit, ac illi, ad quam  
literæ istæ exaratae erant; Cum hoc facto nuncius aut Ta-  
bellionis acciderit, & aperiens extra dolum fuerit, itaque  
falsi reus non sit, sed hisce allegatis absolvitur ab omni  
suspicione. Menoch. de A. J. Qu. L. 1. Caf. 538. n. 7. Nicol de  
Paster. de script. priv. L. 3. Qv. 2. n. 4.

### §. XVII.

Socium criminis nominando & indicando compli-  
cem auctorem regulariter nullum consequi immunitatem,  
extra omnem controversiam positum. Nihilominus ta-  
men aliquando ipsi, cum ex hac nominatione per nul-  
lam

lam suggestionem & cum oranibus suis circumstantiis facta utile quidpiam in Rempublicam possit redundare, non solum poenam remitti, sed & istum præmio quodam excipi posse, leges docent. Sic eleganter in L. 5. §. 7. & 8. ff. de Re. Mil. dicitur, Div. Hadrianum rescripsisse: *Quod transfuga, qui pœna multos latrones apprehendit & transfugas demonstravit, parcendum sit, licet talia pollicenti nihil promitis eporetat.* conf. L. 1. §. 26. ff. de Quæst. Nec immerito penitus absolvitur, & pro ratiōne detecta factionis præmiis quoque donatur, qui Sociorum delicta & machinationes ul̄tro derigit L. 5. §. fin. ad L. Maj. A. B. cap. 24. n. 7. cum nominatione & notitia sic facta, & in ceteros facinorosos inquire, & probis consiliis ulteriori malo & imminenti exinde Reipubl. periculo occurri possit. Unde etiam Potentissimus Legislator Saxon in Mandato wider die Bötteler / Land Streicher und ander böses Gesindel sub dato Dresden den 7. Decembr. 1715. §. 9. clementissime disponentium voluit: *Quod si socius furum aut aliorum delinquentium, dumne his iure divino positivo universali poena capitalis constituantur, complices suos indicet, ita ut in custodiā redacti aut plane convinci aut saltem sufficientibus indiciis gravari possint, plenissima gratia frui, insuper præmio donari & pro qualitate vita subsecuturæ in terris Sax. tolerari debeat.* Quod tamen postea sub dato Dresden am 25. Novembr. 1717. ita restriktum, ut remissionis poenæ & reliquorum gratia monumentorum talis nominans aliter gaudere non debeat, quam si ante Inquisitionem & incarcerationem ul̄tro & spontaneo motu homines facinorosos vel socios suos indicaverit; Verba autem supra dicti Mandati ita sonant: *Dieweil nun dem Publico an dessen Entdeckung, und daß dieselben zur Hafte gebracht/ und zu gebührender Straffe gezogen werden/ daran gelegen/ dieses Abscheln auch dadurch desto eher zu erreichen seyn dürſte/ wenn demjenigen/ welcher dergleichen ganz*

he

he Rotte/ oder auch einzelne Personen offenbahren/ diese würcklich zur Hass gebracht/ und derer bösen Thaten über- führet/ oder doch der Beschuldigung halber mercklich gra- virer besunden/ seines selbst eigenen Verbrechens halber Pardon ertheilet würde; Als wollen Wir uns dergestalt und dahin erklärert haben/ daß selbiger wegen seiner Mis- thaten/ wenn in denen Götlichen Geschen keine Todes- Straße drauf geordnet ist/ nicht allein völligen Pardon und und Begnadigung/ daferne er solche Verbrecher angeben wird/ erhalten/ sondern noch überdies/ wenn er selbst mit unter die Diebes-Rotte gehöret/ eine absonderliche Vergel- tung/ wenigstens 50. Rthlr. aus Unser oder Unserer We- ter Lbd. Lbd. Lbd. Rentn.-Kammer bekommen/ und bey ver- spürtem guten Verhalten im Lande geduldet werden soll.

## §. XVIII.

Casus etiam satis conspicue prostat, ubi nominando probandoque autorem se immunem Crimis partus sup- positi reddit foemina. Cum enim contigerit, quod fo- mina a marito atrociter tractaretur, quia ipsi filios non edat, sed omnes filias, quas tamen maximo prosequere- tur odio, eademque ex ratione tempore graviditatis satis diras ab isto passa esset minas, si filium non sit paritura; Dum igitur illa non ea intentione, ut vellet intercipere hereditatem forte ad alios pertinentem, sed solum ut se a crudelitate liberaret, sapposuerit partum, nihil quicquam commune haberet cum crimine partus suppositi. Unde marito tanquam autori omnis culpa adscribenda. Nam quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire L. 203. d. R. J. Nec etiam Republica ta- li foeminæ quicquam imputare posset, cum commisera- *Diese angegebene ratio de-*  
*reßungslängs.*  
tione potius, quam pena videtur digna, quin immo licet

ejus etiam hoc casu interesset ne confunderentur jura familia, potius maritus quam uxor fragilitate peccans veniret coercendus.

## §. XIX.

Neque tandem incongrue hic allegari meretur casus, quem haud ira pridem coram Judicio quodam pagano circa veneficii ream obvenisse memini, de effectu Nominationis auctoris in processu criminali luculentum exemplum praebens: Rumor oriebatur, rustico quodam nunquam hac tenus agrotante repentina modo mortuo, illum veneno enecatum esse, maxime cum e domo istius rustici innotesceret, ipsum praviis convulsionibus & tornibus horrendis obiisse. Hinc Nobilis Jusitiorum loci una cum Medico & Chyrurgo ex Oppido prope adjacente exposcebat requirebatque, de sectione & inspectione cadaveris, nec non indagatione & inquisitione in causas & circumstantias sollicitus. Advenientibus ipsis personis sectio & inspectio rite peragebatur. Et ecce rumor & suspicio haud inconcinnae mota fuerat. Inveniebatur enim ventriculus orificio dextro cum intestino duodeno notabiliter inflammatus, cum aliquali corrosione, nec non ipsa frustula arsenici albi ventriculi tunicis tam arcte inharentia, ut vix avelli potuerint. Et sic nullum dubium supererat, quin Medicus & Chyrurgus omnesque adstantes attestarentur, rusticum veneno suisce peremtum; Neque etiam difficulti opera indagabatur in delicti hujus reum. Quippe statim confitebatur uxor, ipsius rustici, se medicinam per vomitus curantem marito attulisse ejus iussu ex oppido, illa vero assumta maritum sic morti per quam infelicissime succubuisse: Quod confessa statim vinculis & catenis injiciebatur de doloso veneficio eo magis gravata ja. art. 37. Conf. Crim. Caroli V. quem constabat, istam cum marito rixas & inimicitias altuisse. Postquam vero nomi-

na-

nabat autorem, a quo in pharmacopolio oppidi modo memorati istam medicinam putativam acceperit, simulque provocabat ad testem tunc temporis in pharmacopolio præsentem, quod vomitorium pro marito suo nec aliud quicquam sibi expetierit, facta requisitione ad senatum loci, ille ad judicium vocatus inficias ire non poterat, & ad stipulabatur foemina de vomitorio dicenti, afferrendo insimul se ipsi tale porrexisse, testis quoque prius jurata confirmabat, ulterius addendo deponendoque, quod ipse tunc temporis in dicto pharmacopolio venenum, ut muribus interimidis inserviret, pro femi grosso emerit; Et cum præterea Defensor inculpata bono fato notitiam hujus depositionis in tempore adeptus, statim senatum monebat commovebatque, ut non solum hancce testem ad exhibendum illud, quod isto tempore emerit & acceperit in pharmacopolio, adstringeret, sed hoc medico prudenti inspicendum disquirendumque daret, annon forsitan factio pharmacopoli accidisset, ut huic, quod inculpata porrigitur debuisset vomitorium, tradidisset, & vice versa illi venenum muribus perimendis præparatum, hoc negotio suscepso, quod divinabat defensor, non solum in re & veritate ipsa reperiebatur, sed eriam novo à teste præfrito jurejurando hoc tantummodo pharmacopola factio contigisse, desuperque elaborata a Defensore satis sufficienzi deductione pro innocentia inculpata, hac à speciali inquisitione & carcere per sententiam absolvebatur. Et sic felicissimus effectus sistebatur nominando autorem & indicando illum, a quo medicinam istam mortiferam inscie & erronee acceperit.

## §. XX.

Supereffent adhuc plura, quæ præsenti materiæ inservientia facili negotio adjici possent, sed ne limites disputationis transiliisse videamus, filum abrumpimus

mus

mus alia occasione Deo volente ulteriora deducturi.  
Ait votum tamen superaddere non obliviscimur, ut no-  
minandi nobis detur ansa per quam plures, qui nos &  
specimen nostrum præsens benevolo excipient & ma-  
gis magisque complectantur affectu, sic partici-  
pes reddimur nostri suspirii

F I N I S.




Erfurt, Diss., 1725-26

ULB Halle  
005 367 786

3



vD18



B.I.G.

Black

White 3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres

1725.5  
DISPV TATIO IN AVGVR ALIS  
DE

NOMINATIONE  
AVTORIS IN CRI-  
MINALIBVS,  
QVAM  
DIVINA ANNVENTE GRATIA  
ET  
*INDVLTV MAGNIFICI JCTORVM*  
*ORDINIS*  
IN ALMA ET PERANTI QVA HIERANA  
PRO  
DIGNITATE DOCTORALI  
RITE OBTINENDA

DIE ANNO M DCC XXV.  
IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI HORIS  
CONSVETIS  
PVBLCÆ DISQVISITIONI SVBMITTIT  
AVTOR  
GEORG ADOLPH KÜRZEL,

Advoc.  
ERFORDIAE,  
TYPIS GROSCHIANIS, ACAD. TYPOGR.

